



UANL


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
COLLECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

KBR1500 .C67 1786 v.2 e.1

13258

#56#103



1080046608




José Angel Benavides,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS







EXPLANATIO
IURIS
DECRETALIUM.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®




KBR.1500
CC7
1786



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



EXPLANATIO
IURIS DECRETALIUM,
SERVATO ORDINE COLLECTIONIS
S. PONTIFICIS GREGORII IX.
DUOBUS TOMIS DISTRIBUTA.

AUCTORE

D. ANTONIO IGNATIUS A CORTAVARRIA ET BARRUTIA,
Maioris Ovetensis Collegii in Salmantina Universitate,
tum etiam Matritensis Advocatorum
Alumno.

TOMUS II.

LIBER III. IV. ET V.



MATRITI MDCCCLXXXVI.
APUD PLACIDUM BARCO LOPEZ.
SUPERIORUM PERMISSU.

4616

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
FORO BIBLIOTECA PÚBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE
132583



EXTRAVAGANTIA
MULIERUM ET CLERICORUM
SIVE DE MULIERIBUS CONVIVIIS
ET PONTIFICIBUS ET MONACHIS

INDEX TITULORUM
qui in hoc Tomo continentur.

LIBER TERTIUS.

Titulus I. De vita, et honestate Clericorum.	pag. 1.
Titulus II. De Cobabitatione Clericorum, et mulierum.	6.
Titulus III. De Clericis conjugatis.	8.
Titulus IV. De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel Praebenda.	12.
Titulus V. De Praebendis, et Dignitatibus.	22.
Titulus VI. De Clerico agrestante, vel debilitato.	35.
Titulus VII. De Institutionibus.	36.
Titulus VIII. De Concessione Praebendae, et Ecclesiae non vacantes.	41.
Titulus IX. Ne Sede vacante aliquid innovetur.	44.
Titulus X. De bis, quae sunt à Praefatis sine consensu Capituli.	46.
Titulus XI. De iis, quae sunt à maiori parte Capit.	49.
Titulus XII. Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.	50.
Titulus XIII. De Rebus Ecclesiae alienand. vel non.	52.
Titulus XIV. De Precariis.	57.
Titulus XV. De Commodato.	58.
Titulus XVI. De Deposito.	59.
Titulus XVII. De emptione, et venditione.	60.
Titulus XVIII. De Locato, et conducto.	62.
Titulus XIX. De Rerum permutatione.	64.
Titulus XX. De Feudis.	65.
Titulus XXI. De Pignoribus, et aliis cautionibus.	67.
Titulus XXII. De Fideiussoribus.	68.
Titulus XXIII. De Solutionibus.	69.
Titulus XXIV. De Donationibus.	70.
Titulus XXV. De Peculio Clericorum.	72.
Titulus XXVI. De Testamentis, et ultim. voluntat.	78.
Titulus XXVII. De Successionibus ab intestato.	84.
Titulus XXVIII. De Sepulturis.	85.

<i>Titulus XXIX. De Parochis, et alienis Parochianis.</i>	90.	<i>Titulus III. De Clandestina despousatione.</i>	185.
<i>Titulus XXX. De Decimis, Primitiis, et Oblationibus.</i>	93.	<i>Titulus IV. De Sponsa duorum.</i>	190.
<i>Titulus XXXI. De Regularibus, et trans. ad Religionem.</i>	100.	<i>Titulus V. De Conditionibus appositis in despousatione, vel in aliis contractibus.</i>	191.
<i>Titulus XXXII. De Conversione Conjugat.</i>	106.	<i>Titulus VI. Qui Clerici, vel voentes matrimonium contrahere possunt.</i>	196.
<i>Titulus XXXIII. De Conversione Infidelium.</i>	110.	<i>Titulus VII. De eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.</i>	200.
<i>Titulus XXXIV. De Voto, et voti redempzione.</i>	112.	<i>Titulus VIII. De Coniugio Leprosorum.</i>	201.
<i>Titulus XXXV. De Statu Monachorum, et Canonorum Regularium.</i>	115.	<i>Titulus IX. De Coniugio Servorum.</i>	202.
<i>Titulus XXXVI. De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint subjectae.</i>	124.	<i>Titulus X. De Natis ex libero ventre.</i>	203.
<i>Titulus XXXVII. De Capellis Monachorum, et aliorum Religiosorum.</i>	125.	<i>Titulus XI. De Cognitione spirituali.</i>	204.
<i>Titulus XXXVIII. De Iure Patronatus.</i>	126.	<i>Titulus XII. De Cognitione legali.</i>	207.
<i>Titulus XXXIX. De Censibus, Exactionibus, et Procurationibus.</i>	142.	<i>Titulus XIII. De eo, qui cognovit consanguineam Uxoris suae, vel Sponsae.</i>	208.
<i>Titulus XL. De Consecratione Ecclesiae, vel Altaris.</i>	144.	<i>Titulus XIV. De Consanguinitate, et affinitate.</i>	211.
<i>Titulus XLI. De Celebratione Missarum, Sacramento Eucharistiae, et divinis Officiis.</i>	146.	<i>Titulus XV. De Frigidis, et maleficiatis, et impotentiis coeundi.</i>	215.
<i>Titulus XLII. De Baptismo, et eius effectu.</i>	148.	<i>Titulus XVI. De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae.</i>	218.
<i>Titulus XLIII. De Presbitero non baptizato ministerante.</i>	152.	<i>Titulus XVII. Qui filii sint legitimi.</i>	219.
<i>Titulus XLIV. De Custodia Eucharistiae, Chrismatis, et altorum Sacramentorum.</i>	153.	<i>Titulus XVIII. Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.</i>	222.
<i>Titulus XLV. De Reliquiis, et venerat. Sancto.</i>	155.	<i>Titulus XIX. De Divortiis.</i>	223.
<i>Titulus XLVI. De Observatione ieiuniorum.</i>	157.	<i>Titulus XX. De Donationibus inter virum, et uxorem, et de date post divorvum restituenda.</i>	225.
<i>Titulus XLVII. De Purificatione post partum.</i>	159.	<i>Titulus XXI. De Secundis nuptiis.</i>	ibid.
<i>Titulus XLVIII. De Ecclesiis aedificandis, vel repairandis.</i>	160.	LIBER QUINTUS.	
<i>Titulus IL. De Immunitate Ecclesiarum, Coementerii, et rerum ad eas pertinentium.</i>	162.	<i>Titulus I. De Accusationibus, Inquisitionibus, et Denunciationibus.</i>	228.
<i>Titulus L. Ne Clerici, vel Monachi sacularibus negotiis se immiscent.</i>	171.	<i>Titulus II. De Calumniatoribus.</i>	233.
LIBER QUARTUS.		<i>Titulus III. De Simonia.</i>	234.
<i>Titulus I. De Sponsalibus, et Matrimonitis.</i>	173.	<i>Titulus IV. Ne Praeflati vices suas, vel Ecclesias sub anno censu concedant.</i>	239.
<i>Titulus II. De Desponsatione Impuberum.</i>	184.	<i>Titulus V. De Magistris, et ne aliquid exigatur pro licentia docendi.</i>	239.
	Ti-	<i>Titulus VI. De Iudeis, Saracenis, et eorum servis.</i>	241.
		<i>Titulus VII. De Haereticis.</i>	242.

Titulus VIII. De Schismaticis, et ordinatis ab eis.	243.
Titulus IX. De Apostatis, et reiterant. baptisma.	244.
Titulus X. De His, qui filios occiderunt.	245.
Titulus XI. De Infantibus, et languidis expositis.	246.
Titulus XII. De Homicidio voluntario, vel casuali.	247.
Titulus XIII. De Tornamentis.	250.
Titulus XIV. De Clericis pugnantibus in Duello.	251.
Titulus XV. De Sagittariis.	253.
Titulus XVI. De Adulteriis, et Stupro.	254.
Titulus XVII. De Raptoribus, Incendiariis, et Violatoribus Ecclesiarum.	255.
Titulus XVIII. De Furtis.	256.
Titulus XIX. De Usuris.	258.
Titulus XX. De Crimine falsi.	260.
Titulus XXI. De Sortilegiis.	261.
Titulus XXII. De Collusione detegenda.	262.
Titulus XXXIII. De delictis Puerorum.	ibid.
Titulus XXIV. De Clerico venatore.	263.
Titulus XXV. De Clerico percussore.	ibid.
Titulus XXVI. De Maledicis.	264.
Titulus XXVII. De Clerico excommunicato, depo- sito, vel interdicto, ministrante.	265.
Titulus XXVIII. De Clerico non ordinato ministr.	266.
Titulus XXIX. De Clerico per saltum promoto.	267.
Titulus XXX. De eo, qui furtive Ordinem suscepit.	ibid.
Titulus XXXI. De Excessibus Praelatorum, et Subditorum.	268.
Titulus XXXII. De Novi operis nuntiatione.	ibid.
Titulus XXXIII. De Privilegiis, et excessibus privilegiatorum.	269.
Titulus XXXIV. De Purgatione canonica.	270.
Titulus XXXV. De Purgatione vulgaris.	272.
Titulus XXXVI. De Inuriis, et danno dato.	273.
Titulus XXXVII. De Poenis.	274.
Titulus XXXVIII. De Poenitentiis, et remissionib.	276.
Titulus XXXIX. De Sententia Excommunicationis.	279.
Titulus XL. De verborum significatione.	284.
Titulus XLI. De Regulis Iuris.	ibid.



LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

De vita, et honestate Clericorum.

CLERICORUM nomen, sicut et Sacerdotum,
C primis Ecclesie saeculis Christianis omni-
bus fuisse tributum plurima ostendunt an-
tiqua monumenta: verum procedente tem-
pore coercita ea significatio fuit, ut denotaret tan-
tum viros in ordine ecclesiastico constitutos: in ea-
que usurpatum in hoc loco dum quaeritur de corun-
dem vita, atque honestate (1).

Inculpatam eam, atque innoxiam debere esse
praedicarunt constantissime S. Patres; sed et satis
id arguit sanctitas ministerii ipsis tributi. Profecto
in re notissima immorarer, si argumenta ad id con-
gerere vellem. Paucis plura comprehendunt Trident.

Tom. II. A. tili-
(1) Clericos etiam vocari consuevisse quotquot litteris ope-
ram dare contingebat, probat Benedictus XIV. de Sinodo
Dioces. lib. 5. cap. 11. n. 5.

Titulus VIII. De Schismaticis, et ordinatis ab eis.	243.
Titulus IX. De Apostatis, et reiterant. baptisma.	244.
Titulus X. De His, qui filios occiderunt.	245.
Titulus XI. De Infantibus, et languidis expositis.	246.
Titulus XII. De Homicidio voluntario, vel casuali.	247.
Titulus XIII. De Tornamentis.	250.
Titulus XIV. De Clericis pugnantibus in Duello.	251.
Titulus XV. De Sagittariis.	253.
Titulus XVI. De Adulteriis, et Stupro.	254.
Titulus XVII. De Raptoribus, Incendiariis, et Violatoribus Ecclesiarum.	255.
Titulus XVIII. De Furtis.	256.
Titulus XIX. De Usuris.	258.
Titulus XX. De Crimine falsi.	260.
Titulus XXI. De Sortilegiis.	261.
Titulus XXII. De Collusione detegenda.	262.
Titulus XXXIII. De delictis Puerorum.	ibid.
Titulus XXIV. De Clerico venatore.	263.
Titulus XXV. De Clerico percussore.	ibid.
Titulus XXVI. De Maledicis.	264.
Titulus XXVII. De Clerico excommunicato, depo- sito, vel interdicto, ministrante.	265.
Titulus XXVIII. De Clerico non ordinato ministr.	266.
Titulus XXIX. De Clerico per saltum promoto.	267.
Titulus XXX. De eo, qui furtive Ordinem suscepit.	ibid.
Titulus XXXI. De Excessibus Praelatorum, et Subditorum.	268.
Titulus XXXII. De Novi operis nuntiatione.	ibid.
Titulus XXXIII. De Privilegiis, et excessibus privilegiatorum.	269.
Titulus XXXIV. De Purgatione canonica.	270.
Titulus XXXV. De Purgatione vulgaris.	272.
Titulus XXXVI. De Inuriis, et danno dato.	273.
Titulus XXXVII. De Poenis.	274.
Titulus XXXVIII. De Poenitentiis, et remissionib.	276.
Titulus XXXIX. De Sententia Excommunicationis.	279.
Titulus XL. De verborum significatione.	284.
Titulus XLI. De Regulis Iuris.	ibid.



LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

De vita, et honestate Clericorum.

CLERICORUM nomen, sicut et Sacerdotum,
C primis Ecclesie saeculis Christianis omni-
bus fuisse tributum plurima ostendunt an-
tiqua monumenta: verum procedente tem-
pore coercita ea significatio fuit, ut denotaret tan-
tum viros in ordine ecclesiastico constitutos: in ea-
que usurpatum in hoc loco dum quaeritur de corun-
dem vita, atque honestate (1).

Inculpatam eam, atque innoxiam debere esse
praedicarunt constantissime S. Patres; sed et satis
id arguit sanctitas ministerii ipsis tributi. Profecto
in re notissima immorarer, si argumenta ad id con-
gerere vellem. Paucis plura comprehendunt Trident.

Tom. II. A. tis

(1) Clericos etiam vocari consuevisse quotquot litteris ope-
ram dare contingebat, probat Benedictus XIV. de Sinodo
Dioces. lib. 5. cap. 11. n. 5.

2 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

tini Patres , dum in sess. 22, de Reform. cap. 1. aiunt: *Nihil est, quod alios magis ad pietatem, et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, et exemplum, qui se Divino ministerio dedicarunt; cum enim à rebus saeculi sublati in altorem locum conspiciantur, in eos tanquam in speculum reliquias oculos conjiciant, ex iisque sumunt quod imitentur.* Quapropter sic dicit omnino Clericos in sortem Domini vocatos vitam, moresque suos omnes compone, ut babitu, gestu, inesseu, sermone, alisque omnibus rebus, nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum prae se ferant; levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. De iis ergo potius nonnulla subjiciam, quae ipsis vetita apparent in capitibus huius tituli, uti prorsus indigna hominibus tabernaculum Dei inhabitantibus, ut verbis utar. Innocentii XIII. in Bulla *Apostolici ministerii*.

Et quidem in primis minime Clericis congruit armorum delatio, cum oratione potius, atque manutudine, munitis eos esse oporteat, cap. 2. et can. 17. Concilii Moguntini ann. 819. cuius Patres ita aiebant: *Nos autem, qui reliquimus saeculum, id modis omnibus observare volunt, ut arma spiritualia habeamus, saecularia dimittamus: Laicis vero, qui opus nos sunt, arma portare non praeditudinem, quia antiquus mos est, et ad nos usque pervenit.* Sic legimus plures Christianos, quantumvis laicos, militiam post baptismum sequi detestatos, quasi minus eos deceret armorum gestatio: neutquam tamen existimandum est bellis insti exercitium (quod quale sit judicare Principum, non subditorum est) à Religione Christiana abhorre, uti strenue probat D. Augustinus *Epist. 5.*

Crapula, aut ebrietas, Jusus immoderatus, fœnorts, aut alterius minus honesti lucri sectatio, alia, que huiusmodi, quae etiam in laicis turpia habentur,

TITULUS I.

3

tur, adeò Clericis prohibita sunt, ut nihil necessum sit de eis subjicer: tantum adnotabo, etiam dum iudicandi munus obeunt, praecipi eisdem in cap. 10. ne quid hoc nomine accipiant, etiam si ferat consuetudo; ad vitandam neceps vel minimam speciem mali. Excepta deinde sunt in cap. 11. §. 4. de *Rescriptis* in 6. esculenta, et potuenda merā liberalitate oblati, et quae paucis diebus consumi possint: item modicæ impensæ, si litis causâ extra domicilium profici contigerit, nisi notabiliter pauperes fuerint litigantes: alias ad restitutionem eos cogit Bonifacius VIII. nulla eorum, quibus restitutio facienda fuerit, remissione ulla tenet profutura.

Deinde maximè expedit, quod Clerici honestis vestibus utantur iuxta cuiusque Regionis consuetudines. Quaenam illae sint definire Episcoporum est; nam neque Sinodus Trident. praescripsit, eos uti debere vestibus ordini suo congruentibus statuisse contenta. Sane expressit nonnulla hac de re Innocentius III. in cap. 15. b. tit. statuens ut clausi deferrant indumenta, nimia brevitate, vel longitudine non notanda; insuperque prohibens, quod pannii rubei, aut viridibus, neconon manicis, aut sotularibus consutitiis, fraenis, sellis, pectoralibus, caltaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, urentur: sed et cappas manicas ad Divinum Officium intra Ecclesiam, nec aliibi ab eis, qui in Sacerdotio, et Personatis constituti sunt, ferrī non debere praescripsit, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari: tandem fibularum, et corrigiarum aurī, vel argenti ornatum habentium, atque annulorum usum prohibuit, exceptis his, quibus competit ratione Dignitatis. Coeterum non omnia haec hodiernis temporibus forsitan congruerent: unde profitetur Benedictus XIV. se amico Episcopo, qui Constitutione prohibuerat Clericis usum fibularum

A 2

rum

4 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

rum in calcis, iuxta statuta ab Innocentio III. *praedicto loco*, suassisse, ut eam deleret, cum S. Pontifex de longe diversis loquatur fibulis; siveque matrè rem omnem Episcopos perpendere hortatur, antequam Constitutiones in Dioecesis edant hac de re novitatis speciem habituras. Illud asseri valer, quinque prioribus sacculis vestes civiles Clericorum modestia, non formā, à vestibus Laicorum discrepasse; deinde vero generaliter fuisse receptum, ut ueste talib' indicerentur, et quidem nigri coloris.

Præcipitur eidem in cap. 5. ut neque comam, neque barbam nutritiant: quod aequē statutum, in *præcedenti*, et quidem sub anathemate: sed primum, de-sumptum ex Concilio Carthaginensi, neque eiusdem verae lectioni conveniente contendunt plerique, neque disciplinae illius temporis: congruit sanē temporibus Gregorii IX. quibus forte sententiam suam accommodavit S. Ratimundus, quod et in aliis locis efficit. Animadverte uiatum cum Giraldi nutritionem comae, de qua hoc loco, intelligendam de ea, quae morem lascivium, vanum, et foemineum praesert: neque poenam ipso facto incurri, licet videatur latine sententiae propter verba illa *capitis 4. anathema sit* (1).

Tonsuram quoque deferre iubentur Clerici Ordini suo conguentem.

Denique, ut locis Deo sacris debitus servetur homos, et ut Clericorum dignitas magis, magisque elu-cescat, traditur in cap. 1. ex Concilio Moguntino, aut potius ex *canone 4. Concilii Turonici*, aut *Turo-nensis ann. 570*. in quo verba capitatis leguntur, ho-rum stationem in Ecclesia separatam esse debere ab

ea,

(1) Prohibentur præcipue Clerici deferre comam adscissam, vulgo *Peluce*. Benedictus XIII. prohibuit indiscerni-
natum in Concilio Rom. anni 1723. Benedictus XIV. docet
eā ut hodie non posse Sacerdotes extra Missam sine licen-
tia Episcopi: in actu autem celebrationis ut deferatur, re-
quiritur licentia S. Pontificis.

TITULUS I.

5

ea, in qua consistunt Laici: his autem solum ad communicandum, ei orandum permittitur ingressus in Sancta Sanctorum, quo nomine vocant loca maxi-mē sancta, sicut dicuntur Canticā Canticorum, quae sunt præstantissima. At Patres Concilii Tole-tani IV. statuunt *can. 17.* ut *Sacerdos*, et *Levita ante Altare* communient, in *Choro Clerus*, extra *Cbo-rum Populus*. In Concilio etiam Bracarensi sic legi-tur: *Placuit*, ut *intra Sanctuarium Altaris* ingredi ad communicandum non licet viris, vel mulieribus, nisi tantum *Clericus*, sicut et antiquis canonibus statutum est. Haec loca satis exhibent Hispaniae Ecclesiae hac in re sollicitudinem; et magis convenire vi-dentur pristinae disciplinae: nam et in Laodiceno Concilio invenimus solis licere sacro ministerio dedicatis ingredi Sanctuarium, inibique communica-re (1).

Historici tradunt ex laicis primum Imperatoribus concessum fuisse ingressum in Sancta Sancto-rum, dum munera offerebant: in quo indulgentior fuit Ecclesia Graeca, uti appareat ex egregio illo Ambrosii facto, qui Theodosio Imperatori adiutum prohibuit in locum Clericis destinatum; in quo facile non est diffinire plusne laudanda sit Sanctissimi Epis-copi constantia, an Religiosissimi Imperatoris humili-tas, qui Sede, licet eminentiore, inter laicos tamen posita contentus, Nectari Patriarcae Constan-tinopolitani precibus vinci nunquam valuit, ut inter Clericos sederet.

TI-

(1) Olim Clerici criminosi plectebantur privatione communio-nis Clericaleis, et solum eis licebat communicare cum Po-nitio, unde plures occurserunt canones de communione laic-a agentes.

Videas Cabassutum in Dissertat. 16. de Communione laica,
et peregrina.

TITULUS II.

De coabitatione Clericorum, et Mulierum.

Hic quoque Titulus pertinet ad Clericorum vitam, et honestatem, quae vix illibata servari potest, si cohabitent cum mulieribus. *Maxime quidem illud curandum est*, aiebat Isidorus Pelusiotes, ut crebros mulierum congressus fugiamus: si autem necessitas compulerit, ut saltē oculos tanquam injecto fraeno coercamus.

Innumeræ fere extant ecclesiasticae constitutions, que vetant Clericis foeminarum extranearum coabitationem. In can. 3. Nicæna tñtūn excipiuntur mater, soror, amita, et illæ personæ, cum quibus naturale foedus nullam permittit adesse suspicione: coeterum et has excluserunt Patres Moguntini, et Namnetenses, ut patet in cap. 1. b. tit. recesseruntque verosimiliter à veteri disciplina, aut ob turpe aliquod posterius exemplar, vel quod censerent imminore adhuc Clericis periculum, saltē cum praedictarum consanguinearum pedissequis, et amicis⁽¹⁾. Verūm antiquæ disciplinæ adhaesit Innocentius III. in cap. penult. cui convenient *Leges Regiae* 37. et 38. part. 1. tit. 6. à qua non facile recedere debere Episcopos in sanctionibus Sinodalibus hac de re edendis pluribus ostendit Benedictus XIV. de *Sinod. Dioeces.* lib. 11. cap. 4. n. 7. quanvis turpe inceſtus flagitium semel, aut iterum perpetrari contingat; ne populo scandalum generetur edita generali lege, que prohibeat coabitationem cum coniunctis omnibus.

Va-

(1) Sententia *capitis* 1. non rectè tribuitur Concilio Moguntino; licet enim idem statutum in hoc fuerit, verba tamen soli convenient Namnetensi.

TITULUS XII.

Variae statutæ poenæ inveniuntur in iure aduersus Clericos concubinarios, et fornicarios, quarum nonnullæ recensentur in hoc titulo: quid in hac re observandum sit definitiv Sinodus Tridentina in sess. 21. de Reform. cap. 6. et 25. cap. 14. in quo statutur, quod, si Clerici concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinent, aut cum iis ulam conseruandam habere audent, et à Superiore moniti non abstinerint, tertia parte fructum, obventionum, ac proventuum beneficiorum sponorum quorundamque, et pensionum sint privati ipso facto. Si vero in delicto eodem cum eadem, vel alia foemina perseverantes secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes, ac proventus sutorum beneficiorum, et pensionum eo ipso amittant, sed etiam à beneficiorum administratione, quoad Ordinarius arbitrabitur, suspendantur. Contingaces beneficij ipsis sunt privandi; neque alia obtinere valent, nisi post peractam poenitentiam ex causa Superior cum eis dispensaverit. Tandem qui intermissum consortium repetunt, ultra praedictas poenas, excommunicatione veniunt plectendi.

Plures quoque statutum reperitur notorium concubinari vitandum esse, præsertim vero in cap. 7. et 10. b. tit. verūm hodie servanda venit regula a Martino V. stabilita in Concilio Constantiensi, iuxta quam illi tantum excommunicati, suspensi, vel interdicti dicuntur non tolerati ab Ecclesia, ut eos vitare teneamur, et ab eorum communione in divinorum auditione, vel Sacramentorum perceptione, vel alijs abstinere, qui per sententiam hominis sunt nominatum denunciati, aut notorii Clericorum percussores; hoc est, quos adeo constiterit incidisse in sententiam canonis: *Si quis suadente, ut nulla possit tergiversatione celari.*

TI-

TITULUS III.

De Clericis conjugatis.

Non solum damnatae mulierum coniunctiones interdicuntur Clericis, sed et quae alii licent, qualis est matrimonialis. Iam vero, ut disciplina, quae circa coniugia Clericorum viguit, perciptatur, distinguendi venient Ordines minores à maioribus; deinde secerere oportet Ecclesiae Orientalis disciplinam ab Occidentali, et antiquam à posteriori.

Dum ad priora saecula quis respicit, rem sane invenit difficultatibus involutam: quid certius in materia existimem, paucis aperiam cum Iacobe de Lande in tractatu de *Nuptiis Clericorum, vel. aut permissis.*

Qui ad maiores Ordines adhuc coelibes promoti fuerant, neque in Ecclesia Graeca, nec Latina, potuerint uxorari: appare id ex quamplurimi monumen- tis, dummodo excipiamus singularem Anciranae Sinodi disciplinam, quae permettebat matrimonium Diaconi, qui protestati fuisse tempore ordinationis se non posse continere. Hic observandum est nomine Ordinim maiorum à me intelligi Episcopatum, Presbiteratum, et Diaconatum; nam Subdiaconus nonnisi posterius fuit eisdem adscensus. Quoties autem uxoratus iam praedictis Ordinibus insignebar, abstineré ex tunc debebat ab usu coniugii, quin tamen uxori necessaria denegaret vitae substria; ita tamen, ut secum pariter non commo- raretur, sed aut Monasterio inclusus, ut volebat M. Basilius, aut saltē in diversa domo: hinc S. Gre- gorius M. in *Dialog.* ait de Ursicino Sacerdote: *bis ex tempore ordinis suas Presbiteram snam (hoc est uxorem) ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se proprius accedere nunquam sinebat;* unde, et in extremum vitae ductus discrimen qua-

dra-

TITULUS III.

9

dragésimo ordinationis anno, cum aurem illius náribus admovisset uxor, incerta an expirasset, clama- vit sanctissimus senex: *Discede mulier; adhuc igniculus es; amere paleam.* Id non tam lege aliqua expressa receptum fuisse videtur, quām consuetudi- ne, quae ab Apostolis descendebat: nam Apostolos hortatos fuisse continentiam, quae praecipue Minis- tri Altaris decet, in comperto est: et si quis eo- rum erat uxoratus, dum cooptari meruit in Apos- tolatum (ut testantur plerique historici de P. Petro, quidquid tamen de hoc sit) conjecturae sunt non le- ves, quae suadeant, eos uxoriū consortium reli- quisse, ut firmius Salvatori adhaerenter: sanè adduci posset locus Matthæi in cap. 19, et exemplum Mosis, et Aarom, qui post recepta divina oracula à filiorum procreatione abstinuerunt. Ex his simil- patet quomodo intelligenda sint verba Pauli, dum ait Episcopum debere esse unius uxoris virum, ma- xime si adiungantur, quae diximus ad tit. 21, lib. 1. Praeditis minime officiunt canones Trullani; nam nemo nescit quennam eis adhibenda sit fides, cum vera Sinodus Trullana nullum canonom ediderit.

Mansit sanctissima haec disciplina in omni Eccle- sia nonnullis saeculis: deinde vero cum in ea permanere plures Ministri detrectarent, Constitutiōnibus opus fuit, quibus prohiberentur uxoris com- miseri; in qua re, sicut in coeteris ferē omnibus puriori disciplinæ servandas statutis, praeivit reli- quia Hispana Ecclesia, ut patet canon 33. *Illiheritano,* ubi haec leguntur: *Placuit in totum prohiberi Epis- copis, Presbiteris, Diaconibus, et Subdiaconibus po- sitis in ministerio abstineré se à coniugibus, et non generare filios: quicunque verò fecerit, ab honore Clericorum exterminetur.* Conveniunt alia plura Con- ciliariorum placita; notata autem dignum est, quod contingut in Concilio Carthaginensi II. canone 2. his verbis: *Placuit, et concidebat Sacrosanctos Antistites,*

Tom. II.

B

et

IO EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

et Dei Sacerdotes, neenon et Levitas, vel qui Sacra-
mentis divinis inserviunt continentem esse in omnibus
quo possint simpliciter quod a Deo postulant impera-
re, ut Apostoli docuerunt, et ipsa servavit antiqui-
tas, nos quoque custodiamus: ab universis Episcopis
dictum est, omnibus placet, ut Episcopi, Presbiteri,
Diaconi, et qui Sacraenta correctant, iudicentias
eustodes, etiam se ab uxoribus contineant. Stabilitum
aequè fuit, ut uxoratis non patrēt ingressus ad ma-
iores Ordines, nisi simul castitatem promitterent.
His legibus parere noluerunt Graeci, et, quanvis
constitutis in Ordinibus maioribus coniugium non
permitterent, tamen ab usu ante contracti abstinē-
re detrectarunt, excepto solum tempore ministerii,
sive vicii saepe; exceptis quoque Episcopis, quibus
interdicebatur omnino. Id aequè fuit observatum in
Ecclesiis Latinis, que Graecis erant subiectae, ut
in Apulia, sive Apuleia, et Calabria. Non defuerunt
etiam in Latina Ecclesia, quibus admodum durae hae-
leges viderentur (^r); sed tandem universaliter recep-
erunt, et approbatæ sunt. Et haec quidem de maio-
ribus Ordinibus.

Viris in minoribus constitutis licuit semper, et
licet hodie, matrimonium contrahere: verum illud
inter antiquam, et hodiernam disciplinam discrimen
est,

(g) Inseri hic solet factum Confessoris Paphnutii in Sino-
do Nicena, quod referunt Socrates, et Sozomenus; asse-
rentes, intendisse quidem Nicenos Patres legem statuere,
ut sacr. Administri ab uxoris complexibus abstinent; ve-
rum Paphnūtium adeò validis rationibus obstitisse, ut coete-
ros in suam sententiam traxerit. Cum tamen narratio habe-
at plurimum Patrum testimoniis non admodum conveniat, pra-
cipe Hieronimi universi Vigilantium, et Ephiphani Hae-
resi 56. tanti aestimare non audemus aut testimonium Se-
crais, et Sozomeni; aut D. Ferdinandi de Mendoza, Sel-
vagii, aliquorumque auctoritatem, ut eidem subscribere de-
beamus.

TITULUS III.

II

est, quod olim non amitterent beneficium, et prea-
bendam ob contractum coniugium: unde legitimus
tempore, quo Clerici in communi viveant, sportu-
las coniugatis exterius mitti solitas: deinceps vero
beneficio, aut praebenda, ipso facto privati sunt;
quanvis etiam hodie gaudent privilegio fori, et
canonis nonnullis casibus, de quo alibi. Si quis
autem in maioribus Ordinibus constitutus, matri-
monium hodie de facto contrahat, nihil efficiet,
adstante nimirum impedimento dirimente; ipse ve-
ro poenis canonicas plectetur cap. 1. b. tit. cui ac-
cessit Constitutio Clementis V. in cap. un. de Con-
sanguinit. et Affinit. in Clementin. Alexander III. in
praedict. cap. 1. eos, qui in Subdiaconatu, aut
aliis superioribus Ordinibus uxores acceperis noscun-
tur, uxores dimittere, et poenitentiam agere de
commissio compelli vult per suspensionis, et excom-
municationis sententiam: Clemens autem V. statuit
Clericos in sacris Ordinibus constitutos matrimonia
contrahentes, sententia excommunicationis ipso
facto subjectere, præcipiens Ecclesiarum Praelatis,
ut illos excommunicatis publicè tardi nuntient, seu
à suis subditis faciant nuntiari, donec suum humili-
ter recognoscentes errorem, separantur ab invicem,
et absolutionis obtinere mereantur beneficium. Be-
neditus XIV. poenas in praedictis locis contentas
infixit etiam adversus Graecos in sacris constitu-
tos, qui uxorem post sacros Ordines ducerent, cum
antea non essent uxorati, et eos, qui uxore, quam
habebant, defuncta, alii copulari praesumerent,
Constitut. Etsi Pastoralis.

B 2

TI-

TITULUS IV.

*De Clericis non residentibus in Ecclesia,
vel Praebenda.*

Quisquis germanam beneficiorum ecclesiasticorum indolem, atque Ecclesiae constantissimam mentem calluerit, diversam haud dubie sententiam amplexabitur de Clericorum residentia quæsius, ab opinionibus, quae invaluerunt posterioribus saeculis, et quibus etiam hodie inhaerent plerique beneficiarii. Et quidem scio Doctorum auctoritate predictas opiniones non destituiri: an vero ex iis sint, qui in disciplina Ecclesiastica, et sententiis Canonum aprimis instruti, quid haec suadeant potius consulunt, quam inducunt contra rationem mores, non ita facile definirem. Mibi illa tantum tradere licebit, quæ præcipua sunt, et tituli explanatione expectant; qui latius edoceri cupiunt, consulant Berardum, et Vansenium. Nonnulla etiam inferius, prout res exigere videbuntur, subjiciam.

Beneficium dari propter officium nemo est, qui ambigat: verum in offici designatione magna observatur differentia. Sunt qui putant privata Officij Divini recitatione satis se iniuncto muneri satisfacere; unde à residentia sese immunes praedicant: verissimum nihilominus est olim neminem potuisse ordinari, qui non simul adscriberetur ministerio certae Ecclesiae, cui perpetuo deserviret, et à qua nunquam recedere posset: imò nihil aliud erat quod nunc beneficium nuncupatur, quam perpetua haec certae Ecclesiae designatione, cui semper ministraret, et à qua invicem acciperet necessaria ad victimum, et vestitum. Immutata sane deinceps fuit imago beneficiorum ob varia adiuncta, de quibus inferius institutetur sermo, coeterum eadem semper mansit Ecclesiae

TITULUS IV.

13

siae mens, eademque ingenita beneficiorum natura, ut satis ostendit Sinodus Trident. pluribus in locis.

Non èò haec tendunt, ut conficiatur idem omnibus beneficii onus inesse: sed distinguenda sunt maiora à minoribus. Ut de onere residentiae, de quo in hoc tit. agitur, præcipue loquamur; nemo ferè hodie difficitur, Episcopos, et Parochos, ad eam teneri iure divino; quod et Sinodus Trident. definitissime haud negabit qui attente consideret verba *capitis 1. in sess. 23. de Ref.* in quibus asserit præcepto divino mandatum esse omnibus, quibus animalium eura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicacione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere; pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in coetera munia pastoralia incumbere; deinde adjiciens haec omnia nequam ab iis præstari, et impleri posse, qui gregi suis non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt (1). Coeteri beneficiarii tenentur ex Ecclesiasticis Constitutionibus, ex voluntate Fundatorum, atque sui ministerii natura.

Deinde distinguere etiam oportet obligationem residendi quoad poenas in iure statutas ab onere in fo-

(1) Haec controversia, quæ acriter agitata fuit in Concilio Trident. primo sub Paulo III. ante 1535. 6. deinde sub Pio IV. ante 19. et 23. definita dici nequit clare, et expressè, loco citato: coeterum ultrò eorum sententiae adhaeserim, qui censem eam decimam fuisse virtualiter, et implicitè. Argumenta, quæ ab utraque contendentium parte adducta fuerint, videte quis poterit apud Cardinal. Pallavicinum in *Historia Concilij lib. 7. cap. 6. lib. 16. cap. 4. lib. 12. cap. 12.* et Beneficiis XIV. de Sinod. Dioces. lib. 7. cap. 1. d. n. 2. Apud euadem quis invenierit quomodo intelligenda sit dispensatio, vi cuius Episcopi, Portuensis, Ostiensis, Sabiniensis, Albanensis, Praenestinus, et Tusculanus Romae commorantur Romano Pontifici assistentes.

foro conscientiae: quanvis enim nonnulli absque causa à residentia sese excusantes, non ideo incurvant poenas adversus non residentes stabilitas, ut accidit in his, qui obtinent beneficia, quae hodie simplicia vocantur, non idcirco immunes à peccato erunt, cum non omnia, quae prohibita sunt, statim etiam poenis in foro exteriori plectantur.

Quoad has attinet non levis reperitur differentia in Corpore iuris.

In Concilio Romano sub Leone IV. anni 853, Anastasius Presbiter Cardinalis Tituli S. Marcelli, cui annexa erat cura animalium, ut et hodie est iuxta Giraldi, depositus fuit eo quod contra canonum statuta eam per quinquennium deseruerit. Huc spectat cap. a. b. tit. quod occasionem praebuit nonnullis controversiis circa formam in depositione Cardinalium servandam, quae tamen huius loci non sunt.

In cap. 3. continetur decisio Concilii Lateran. sub Alexandre III. anno 1179. in quo statuitur, quod, cum Ecclesia, aut Ecclesiasticum Monasterium committi debuerit, talis ad hoc persona queratur, quae residere in loco, et curam eius per se ipsam valeat exercere. Quod si alter actum fuerit, et qui receperit, quod contra sacros canones accepit, amittat, et qui dederit largiendi potestate privetur: cui de cixionis similis est Decretalis eiusdem Pontificis relata in cap. sequenti, in qua statuitur, quod, si praesentatus ad Ecclesiam, aut Beneficium Ecclesiasticum residere contradicat, non admittatur, admissus vero possit amoveri appellatione non obstante, nisi forte de licentia Praeciat, vel studio litterarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eum abesse. Deinde varia aliorum Pontificum hac de re in reliquis capitibus comprehenduntur decreta, in quibus privationis poena adversus non residentes decernitur; quae quidem omnia in eo convenient, quod noīna beneficia illis conferri, qui residendi onus impleturi non

sint

sint, et collatis iam tales privandos statuant, dissentient autem quod formam in privatione servandam. In his accuratè recensendis amplius immorari non debére existimo, cum Sinodus Trident. totam rem certis regulis subjecerit. Et quidem ut paucis complectamur omnia, quae hac de re tam in sess. 6. quam 23. statuta sunt, distinguenda erint beneficia, quibus animalium cura annexa est, à coeteris: deinde beneficia, quae vocantur maiora, à minoribus. Ab his initium Sancta Sinodus sumpsit, qui maioribus Ecclesiis praeasunt, ex eo, ut ipsa testatur, quod integritas praesidentium salus sit subclitorum: unde illos, qui Patriarchibus, Primatibus, Metropolitani, et Cathedralibus Ecclesie praefecti sunt, primum enīx ad residentiam hortatur in cap. 1. sess. 6. de Reform. in negligentes poenas innovat antiquorum Canonum; deinde vero statuit, quod si iustis, et rationabilibus causis cessantibus, per sex menses continuos à suis Dioecesis abfuerint, ipso iure amittant quartam partem fructuum unius anni, pauperibus loci, et Fabricae Ecclesie per Superiorum ecclesiasticum applicandam: quod si alii sex mensibus absentes perseverent, aliam quartam partem aequā applicandam eos amittere vult: crescente vero contumacia, Metropolitanum, eo autem absente, Suffraganeum antiquiore cogit ita delinquentes Romano Pontifici denuntiare, à quo severiores poenae intingendae sint. Ne vero haec sanctio in sensu à mente sacrosanctae Sinodi alienos traheretur, ne si vigore eius quinque mensibus continuis abesse licet praedicti Praelatii, statuit sancta Sinodus in cap. 1. sess. 23. de Reform. neutiquam eos, quoquaque titulo fungantur, etiam in Rom. Ecclesiae Cardinales sint, abesse posse, nisi christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiae, vel Reipublicae utilitas postulent, et hae legitimae absentiae causae à Rom. Pontifice, aut à

à Metropolitanu, vel eo'absente, à Suffraganeo antiquiori residente, qui Metropolitanu absentium probare debet, in scriptis approbentur: aut nisi absentia incidet propter aliquod munus, et Reipublicae officium Episcopatibus adiunctum. Deinde decernit ad Metropolitanu spectare cum Concilio Provinciali iudicare de licentiis à se, vel à Suffraganeo datis, ne quis eo iure abutatur (1). Praeterea absentias modici temporis nullatenus excedere debere iudicat spatium duorum, aut ad summum trium mensium, sive continuum, aut interruptum; neque absque causa aequa eas licere, quod conscientiae Praecatorum absentium relinquit, et, dum oportuerit, absque illo gregis detrimento peragendas. Denique eos hortatur, ut ab Ecclesia sua Cathedrali nullo pacto absint tempore Adventus, Quadragesimat, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, et Corporis Christi diebus, quibus resici maximè, et gaudere in Domino Pastoris praesentia oves debeant. Delinquentes, praeter poenas sub Paulo III. statutas in sess. nempe 6. ac peccati mortalis reatum, plectit amissionem fructuum pro rata temporis absentiae, etiam alia declaratione non secuta.

Pius IV. in Constitut. *De Salute* 4. Septemb. ann. 1560. Praecatos praedictarum Ecclesiarum, et alios beneficiarios quoquaque, curam animarum habentes, qui in suis Ecclesiis non resident, eā, ultra iam recensitas, poena coercuit, ut decadentes testari neutquam possent, etiamsi specialem ad hoc facultatem haberent obtentam, et bona ipsa tanquam spolia, ad Cameram Apostolicam legitimè pertinere edixit. Verum apud nos nullam vim obtinere potest quaelibet huicmodi sanctio, *sequitur optima ratione.*

Ur-

(1) Post Urbani VIII. allorumque posteriorum Pontificum Constitutiones locus amplius non est his, quea de Metropolitanu, et antiquiori Suffraganeo statuit Concilium.

Urbanus VIII. in Constitut. *Sancta Sinodus*, statuit, non licere Episcopis, aliisque maioribus Praecatis, etiam Cardinalibus, à suis Ecclesiis discedere sine licentia Papae, sub pena interdicti ingressus Ecclesiae ipso facto incurrienda, praeter amissionem fructuum, de qua in Constitut. Pii IV. Certum praefixit terminum Episcopis in Curia morantibus, sicuti et iis, qui Romanam proficiscuntur causa visitandi limina Apostolorum.

Tandem Benedictus XIV. in Constitutione *Ad universae*, 3. Septemb. ann. 1746, ait varia ab ipso Urbano condita fuisse Decretā, ab eius Successoribus probata, circa absentiam trium mensium à Concilio toleratam, in quibus declaratum fuit non licere trimestri absentiam praedictam coniungere, sive cum eo tempore, quo permittitur Episcopis post suam promotionem in Urbe commemorari, sive cum eo, quod ad peragendam sacrorum liminum visitationem eisdem concessum est: neque fas esse absentiae tempora ita disponere, ut tres postremi menses unius anni continuenter cum tribus prioribus subsequentis; sicuti et vētitum est praedictos menses coniungere cum eo anni tempore, quo propter aeris insalubritatem alieni Episcopo permittitur extra Dioecesim degere. Denique, ne quis indulgentia Sacri Concilii per fraudem abuti posset, declaratum fuisse praedictam trium mensium vacatio nem intra cuiusque anni limites coerceri, ut qui eā uno anno usus non fuerit, non ideo sequenti diutius ab Ecclesia abesse valeat.

Sed et ipse praedictis poenis omnibus eam addit, ut transgressores ipso facto privati esse censeantur omnibus, et singulis indultis, et privilegiis, quae forsan ipsis tanquam Pontificio Solio assistentibus concessa fuerint; insuper declarans subtransgressorum nomine comprehendendi non solum eos, qui praeter tres menses à Concilio toleratos absque le-

Tom. II.

C

gi-

gitima causa , et expressa Rom. Pontificis licentia , extra suas Dioecesis commorantur , sed eos etiam qui huiusmodi licentiam falsis , et simulatis causis dolosè extorquent ; aut eos , qui illâ semel legitime obtentâ , praefinitum in ea tempus , et praescriptos limitus excedunt .

De Curatis inferioribus , et aliis quibuscumque , qui beneficium Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent , eadem omnino declaravit , et decrevit Sancta Sinodus quoad culpam , amissionem fructuum , et poenam : ita tamen , ut quandocunque eos , causa prius cognita , et probata per Episcopum , abesse contigerit , Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbadum cum debita mercede assignatione relinquat ; et discedendi licentiam in scriptis , gratias concedendam ultra bimestre tempus , nisi ex gravi causa , non obtineant .

Pius V. in Constitutione Cupientes 11. Julii anno 1568. Parochos , aliosque , quibus animarum cura inest , si hanc legem residentiali transiliant , coerteri voluit ab Episcopis , et aliis locorum Ordinariis , etiam tanquam Sedi Apostoli Delegatis , censuris , et poenis , etiam pecuniarisi , ac privatione beneficiorum appellat . remota .

Quanvis adeo clara sit , et expressa praedicta Concilii sententia , refert nihilominus Giraldi Rectores Dioecesis Toletanae consuluisse Sacram Congreg . anno 1573. an eis liceret suas Parochias relinquere , non tamen ultra duos menses , absque Episcopi licentia , proponendo legitimas absentiae causas , et idoneo Sacerdoti illarum curam interim committendo ; quod Sacra Congreg . censuit eis minime licere . Imo nec posse per hebdomadam eos abesse , quibus animarum cura incumbit , nisi causa ab Ordinario cognita , et probata , respondit Congregatio anno 1604. Aequè censuit solam distantiam loci etiam cum iusta causa discedendi non excusare Parochum ,

ut

ut abesse possit sine licentia in scriptis obtenta , nisi talis necessitas repente se offerat : quo casu quamprimum de discessu , et necessitate , Ordinarium certiore faciendum esse , ut videre est apud eundem in *Summa Constitut.* quae accesserunt *Decretis Concilii Tridentini.*

Deinde ex iis , quae in aliis eiusdem Sacrae Congregationis responsis continentur , non licet Parochis , qui nocte in Paraecia resident , summo mane Missam celebrare , et in Civitatem , aut Oppidum finitimum se conferre , et in eo diurno tempore commorari tota , vel maiore anni parte , quanvis in Ecclesia habeant idoneos substitutos ; aut è converso nocturnum tempus extra Paraeciam transire , diurnum verò in ea . Sed et tenentur domum Paraeciam habitare , si habeant , alijs propinquorem , iuxta limites Parochiae . Canonicī , seu Dignitates obnientes Parochiales in titulum , distantes per unam , aut dimidiam leucam à Cathedrali , cogendi sunt ad residentialam , quin sufficiat diebus festis ad Parochiales accedere , et ibi Sacraente ministrire . Parochi ad nutum amovibiles aequè tenentur ad residentialam , ac perpetui . Idem est in Coadiutoribus . Non satisfacit suae conscientiae Parochus , qui iustum habet causam discedendi per duos menses , si petat licentiam , iurans se gravem causam habere , quam ostendere non expedit , ut sic petit licentia abesse possit , licet Episcopus non concedat : neque is , qui rationabilem causam expressit , quam tamen rigidus Pastor non aequam iudicat , aut fictam censem , cum vera sit : licet in hoc casu recurrere possit ad Superiorem . Facultas Episcopo tributa cognoscendi , et approbandi absentiae causas , competit etiam Praelatis inferioribus nullius Dioecesis . Tandem neque ob aetatem senilem , adversam valetudinem , aut exiguum Parochianorum numerum excusat Parochus à residentialia . Diutius in his immo-

C 2 rā

20 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

rari libuit, ne indulgentiores Parochi in re gravisima, atque periculis undique plena existant, aut sanctissimas damnare leges audeant, quibus hodie residentiam urgeri conspicimus.

Quodnam sit ferendum iudicium de coeteris omnibus beneficiis, quibus animarum cura annexa non est, sive Canonici sint Cathedralium, aut Collegiarum Ecclesiarum, sive inferiorum ministerio adscripti, facile percipiet qui non dubitaverit nullum omnino, quantumvis tenui, beneficium esse, quod personalem residentiam de iure non requirat: unde optandum quammaxime foret, ut provissi de beneficiis quibuscumque non tantum de iniuncta sibi residentia provisionis tempore monerentur, sed deinceps ad eam poenis adigerentur constantissime. Cautum id fuit in Concilio Trident. sess. 6. de Reform. cap. 2. de omnibus beneficia obtinentibus, quae de iure, vel consuetudine personalem requirunt residentiam: ex quibus verbis non recte quis inferret adesse beneficia propria talia, quibus non insit residendi onus, quanvis subesse queant iustae cause residentia excusantes. Deinde in sess. 24. de Ref. cap. 12. postquam assuerunt Concilii Patres Dignitates in Ecclesiis, praesertim Cathedralibus, ad conservandam, augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuisse institutas, ut, qui eas obtinerent, pietate praeccellerent, atque Episcopos operâ, et officio iuvarent, statuunt non licere iis, qui in eisdem Cathedralibus, aut Collegiis obtinent Dignitates, Canonici, Praebendas, aut Portiones, vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses quolibet anno à suis Ecclesiis abesse, salvis nihilominus illarum Ecclesiarum constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt: alioquin primo anno non residentes puniri volunt privatione dimidiae partis fructuum, quos ratione etiam Praebendae, ac residentiae fecerunt suos: quod si iterum ea-

TITULUS IV.

21

eadem negligientia usi fuerint, statuunt privari eos debere omnibus fructibus, quos eo anno lucrati fuerint: crescente vero contumacia iuxta praescripta Canonum contra eos procedendum.

Leges nostrae nihil antiquius habuerunt, quam ut ad residentiam personalem omnes Ecclesiarum Administratos adigent, etiam ante tempora Concilii Trident. ut videtur est in lib. 1. Nov. Recop. tit. 3. unde quoties prohibent beneficia exteris hominibus conferri, illud gravissimum inter alia incommoda, ex huiusmodi provisionibus oriri profinetur, quod Canonicae circa residentiam regulae contempnuntur. Quam accurate post praedictum Concilium eandem Reges nostri saepius iniunxerint, hodierni praecipue temporibus, palam omnibus est: inter alias autem ad id spectantes ea utilissima cuilibet videbitur sanctio, qua Ecclesiastici in Regia Urbe commorantes in suas Ecclesias redire coguntur, sicuti et Summi Pontifices Innocentius XIII. et Benedictus XIII. edixerunt de Ecclesiasticis Romae degentibus; ita enim fit, ut Ecclesiis, animarumque salutem, nullum generetur praediudicium, et ut censeri nullatenus valeat plus in collatione Dignitatum tribui importunis adstantium precibus, et artibus, quam illorum virtuti, et merito, qui iniuncto sibi muneri unicè intenti sunt, probè scientes quantum à mente Canonum abhorreant ambitus, et studia, quibus non pauci quodam veluti gradus in Ecclesia sibi parant, et effingunt, per quos tandem devenientium sit ad culmina rerum, non alter ac si de rebus penitus saccularibus ageretur.

Supervacanum haud dubie foret animadvertere, longè à praecepto residentiae adimplendo eum fore, si quis inveniatur, qui existimet, se materiali residentiâ in loco, aut etiam Ecclesia sua frequentatione satisfacere, quanvis fini residentiae non intendat, qui in labore consistit assiduo, atque sa-

lu-

lute animarum modis omnibus procuranda.

Quae hucusque exposita sunt non obstant, quominus in Praebendis, et Dignitatibus, aliquis Beneficii constituti, nonnunquam a residentia liberi sint ex iustis causis à Canonibus praescriptis; veluti si quis cum licentia Episcopi absit causa studiorum, de quo alibi opportunius redibit sermo; aut si Ecclesiae propriae negotium alibi gerendum ipsi mandetur; vel si in servitio maneat Pontificis, aut Episcopi: coeterum et hi privantur distributionibus quotidianis.

TITULUS V.

De Praebendis, et Dignitatibus.

Si in qualibet materia verum est vix erroribus immunem eum fore, qui non ab ipsa sui origine illam traducat, et graduum consideret, nemo non fatebitur, praesertim id accidere in re beneficiaria, de qua sermo est in hoc tit. et sequentibus: cum enim hodierna beneficiorum imago longè ab illa distet, quae pristinis temporibus conspiciebatur, et ipsa novam formam induerint quotiescumque immutata fuit peculii ecclesiastici administrandi ratio, neque Praebendarum, et Dignitatum origo, neque singularum cuiusque beneficij proprietatum ratio percipi potest sine harum rerum notitia. Eam igitur hic paucis praemittere non pigebit; atque, ut claritatem consulam, peculii ecclesiastici administrationem considerabo iuxta diversa tempora, premens vestigia eruditissimi Berardi.

Constat Apostolos, exemplo Christi Domini edocet, habuisse loculos, et peculia redacta ex oblationibus fidelium, et pretiis rerum venditarum, quae deferebant ad pedes Apostolorum iuxta illud Act. Apostolorum: *Multitudinis autem credentium erat*

cor

cor unum, et anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia:::: Quotquot autem possessores agrorum, aut donorum erant, vendentes afferbant pretia eorum, quæ vendabant, et ponebant ante pedes Apostolorum. Ex his tribuebantur necessaria, non solum Ecclesiae Ministris, verum etiam coeteris fidelibus indigentibus, primo quidem ministerio Apostolorum, deinde septem Diaconorum, quos elegunt, ne ipsi curâ rerum temporalium distraherentur à verbi Dei praedicatione: nam crescente numero discipulorum factum est mutum Graecorum aduersus Hebreos eo quod despiceretur in ministerio quotidiano viduae eorum: convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: non est aequum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis, considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem plenos Spiritu sancto, et sapientia, quos constituamus super hoc opus: nos vero orationi, et ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine, et elegerunt Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Timonem, Parmenam, et Nicolaum.

Nihil penè habebat Ecclesia ante Constantium praeter has oblationes: licet enim ex decretis, quibus Constantinus M. praecepit, ut Ecclesis restituissent bona immobilia ipsis in persecutionibus ablatâ, evincatur, habuisse ante eum bona etiam immobilia, tamen, ut ait Berardus, in brevioribus tantum quibusdam inducis id accidere potuit, cum constet Ecclesias, atque fideles omnes in persecutionibus bonis omnibus spoliari immaniter conseruisse, et aliunde Ecclesia erat Collegium illicitum, adquirendi incapax ex legibus Romanis.

Praebebantur praesertim quæ necessaria forent iis, qui fervente persecutione in carcere, aut captivitate, vel exilio detinebantur. Magna etiam ha-

be-

bebatur cura infantium expositorum, et pauperum: verum non referebantur in classem pauperum nisi ii, qui morbo, aut annis victimum sibi amplius parare non poterant, ut appareat in libro Constitutionum Apostolicarum (1).

Pace Ecclesiae redditu à Constantino M. aducta sunt patrimonia Ecclesiarum, praecipue ex bonis Christianis, quae sub Etnicis Imperatoribus fisco fuerant addicta. Cooperunt tunc Subdiaconi adiuvare Diaconos in administratione: stabiliti quoque fuero Oeconomi ex praescripto Concilii Chalcedonensis medio saeculo quinto coacti; quod tamen non de prima Oeconomorum institutione, sed de prima in hanc rem lege, saltem generali, intelligi debere censeo, nam in plerisque Ecclesiis etiam ante praedictum Concilium Oeconomos fuisse dubitare non sinit ipsius verba, dixerunt enim Patres canone 26.

Quoniam in nonnullis Ecclesiis, ut saepè à nobis auditum est, Episcopi absque Oecono tractant res ecclesiasticas, placuit omnem Ecclesiam Episcopum haben-

tem

(1) Constitutionum Apostolicarum Collectionem S. Clementis falso tributum receptum iam apud omnes est: verum nū affirmat Morinus de Poenitent. habenda est tanquam imago illius disciplinae, quae viguit in Ecclesia Orientis ante tempora Constantini M. Constitutionum Auctor (ait Salmonius de Studiis Concilior.) ex tantum collegat, quae accepterat ab Apostolis tradita; quibus deinde Conciliorum Orientalium canones adiuncti sunt. Observandum est hoc loco (subiungit) Collectionem hanc magnae antiquitatis auctoritatis fuisse apud Graecos; apud Latinos non item: quin et ab ipsis Graecis mox fuisse rejectam in Concilio Trullensi, tanquam librum, quicum ab Hæreticis fuerit corruptus, non erat nisi magna animi provisione legendus. Observav. etiam Flavius in Tractatu de Moribus Christian. quod de pauperibus asservimus. Christiani hominis minus esse credebatur (addit ex Origine) non tantum sibi, sed et aliis indigentibus labore manuum suarum victimare. Legibus quoque civibus stricte prohibebantur mendicare quibus sat adroboris ad laborandum, ut apparat ex titulo Codicis de Mend. valid.

tem ex proprio Clero Oeconomum babere, ut neq; sine testibus sit Ecclesias administratio, nec idem res eius dissipantur, et probrum, ac dédeces Sacerdotio inuratur. Religiosa huius canonis observantia in Hispania appareat ex Concilio Hispalensi II. quod coactum fuit anno 619. Praeside S. Isidoro eiusdem Ecclesiae Praelato, sanctitate, atque doctrina maximè conspicuo, et ex Toletano IV. anni 633. cui praesedit aequè ipsem Isidorus. Apud Latinos frequenter Oeconomi nuncupati fuere Vice Domini. Eadem tamen adhuc manuit ratio administrationis; nimur spectabat ea ad Successores Apostolorum Episcopos, utebantur autem hi ministerio Diaconorum, Subdiaconorum, et Oeconomorum, iuxta canonem 25. Concilii Antiocheni anni 341. et alios, in quibus universa bona Ecclesias sub Episcopi potestate constituantur.

Interea frequentes erant querellae nonnullorum Clericorum, quibus non semper fida, et aequalis videbatur tributio sportularum, quae cuique per hebdomadas, aut menses domum mittebantur in sui congrua sustentationem. Incommodo huic non aliter melius occurrer posse censuit Eusebius Episcopus Vercellensis, quin statuta inter Clericos vitâ communis. Exemplum Eusebii sequunt sunt alii Episcopi, praesertim vero Augustinus in Ecclesia Hipponeensi, qui et certam conscripsit regulam à Clericis suis servandam.

Saeculo sexto dissolvi coepit vita communis in plurimis Ecclesiis: apparuit quoque prima imago beneficiorum, quae hodie conspicuntur: cum enim plurimi Clerici profiterentur vividius se Ecclesiae deservituros, si separatum vivere permetterentur, concesserunt eisdem Episcopi nonnulla Ecclesiarum praedia in usumfructum, quod probatum fuit à Concilio Agathensi anno 506. Ea occasione penitus dissociata fuit vita communis in quibusdam Ecclesiis, retenta in aliis.

Tom. II.

D. In-

26 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

In cursus Barbararum Gentium, quae à Regionibus Septentrionalibus prodeuntes, Romanum Imperium evertere conatae sunt à fine saeculi quarti, in causa fuere, ut disciplina Ecclesiasticae habenae laxari inciperent; quod lugebant Patres Concilii primi Bracarensis, sive Bragensis in Hispania ann. 411. Sed et illud accedebat, quod adactus mirum in modum fuissest numerus Christianorum sub Constantino, cessassetque instantis mortis trepidatio, quae sub Eunicis Imperatoribus vigilantes Christianos omnes reddipebat. Invasit fere universo supina rerum omnium ignoratio; cui si quis in Hispania adiungat damna undique strepitum belli ob diram Saracenum tiranidem, quae deinde successit, non mirabitur depravatos omnino saeculis sequentibus Cleri, immo universi Christiani Coetus mores.

Praelati Ecclesiastici medelae huic morbo adhibenda intenti, cogitarunt sacculo undecimo de restauranda vita communis; quod et assequuti sunt in multis Ecclesiis; verum ea iterum dissoluta, bona Ecclesiastica divisa fuere, et erecta in titulos, unde protulxerunt hodierna beneficia sub nomine Praebendarum.

Si quaeratur quando desierint Oeconomi, quorum supra meminimus, respondebimus certò id non constare. Admodum verisimile est, ut ait Van-Espenius *Iuris Ecclesiast. Univers. part. 2. tit. 36. cap. 1. n. 29.* sensim id contigisse postquam administratio rerum ecclesiasticarum ad singulos Beneficiatos devoluta est, manente penes Episcopos sola administratione, et dispensatione immediata bonorum ipsius Episcopatus; licet verum sit impropriè devolutam ad Beneficiatos dici à Van Espenio huicmodi dispensationem, vel administrationem, et de illis solim rebus ecclesiasticis intelligi hoc debere, quae unicuique Beneficio assignata sunt.

Hanc Oeconomorum constitutionem Sede vacante
in-

TITULUS V.

27

innovavit Sinodus Trident. sess. 24. de Ref. cap. 16. Hucusque dicta intelligenda sunt de Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis; nam aliud obtinuit in Parochialibus, ut dicemus in Tit. de Paraeciis.

Ex his principiis eruenda sunt non solum natura beneficiorum, eorumque proprietates, sed etiam origo Dignitatum, et Officiorum, quae conspicimus in Ecclesiis Cathedralibus, et Collegiatis.

Et quidem satis apparet ex eisdem fuisse semper, immo et esse debuisse in Ecclesia beneficia, si eo nomine intelligimus militiam hanc sacram, cui deputati perpetuo Ecclesiæ deservire debeant, et à qua invicem accipere possint necessaria ad victimum, et vestitum: si autem hodiernam beneficiorum formam consideramus, iuxta quam cuique beneficiario competit ius certam redditum quantitatem percipiendi, et administrandi, constat eam primitus saeculo sexto apparuisse, neque tamen eidem locum esse potuisse quotiescumque restaurata, aut instituta fuit in Clero vita communis exemplo Monasticæ.

Colligitur ex eisdem nihil magis absurdum esse, quam dicere beneficia consistere in fructuum perceptione, quibus pro lubitu uti possiat beneficiarii, cum Ecclesia ausquam plus conferre voluerit suis Ministeriis, quam necessaria ad sui sustentationem: quavis enim quandoque permisserit ad sedandas querellas, et contentiones, ut ipsi-eam desumerent ex certis praediis, id tamen immutare non potuit Ecclesie intentionem, aut bonorum Ecclesiasticorum naturam. Illud hic omittere obiter nojam, etiam post adactus Ecclesiarum patrimonia sunder Clericis consueuisse, ut necessaria ad victimum, et vestitum sibi quaerentes ex labore manus suarum, postquam manus sibi in Ecclesia iniunctum obiissent, ut pater in Concilio Cartagin. IV. in canonibus 51. et 52. in quibus haec leguntur: *Clericus victimum sibi, et vestitum artificio, vel agricultura, absque officii sui detimento pa-*

D 2 ret.

ret. Clericus quantum libet verbo Dei eruditus , artificio victimum querat : quod et Episcopos , atque Presbiteros fecisse tradunt S. Epiphanius , et Basilius , et notabiles valde in hanc rem inter alia monumenta Epistolae Agathonis Papae , et Concilii Romani ad Imperatorem Constantium cognomento Pogonatum.

Agnoscitur aequè ex praedictis quantum abhorreat pluralitas beneficiorum à germana eorum natura. Sanè in conspectu antiquae disciplinae , cui non videatur absurdum , ut quis intendat ministerio duarum Eclesiarum adscribi , aut stipendia duobus debita sibi soli tribui ? at vero , immutato beneficiorum formâ , prioris disciplinae spiritum non abjecit , nec unquam à se abjicit Eclesia. Vel una lectio *Extravagantiae unicae Ioannis XXII. in hoc rit. et decretorum Trident. in sess. 7. de Reform. cap. 2. et 4. et sess. 24. cap. 17.* sufficeret , ut discenter plurimum beneficiorum amatores quam parum fidendum sit vulgatis opinionebus , receptusque nonnullis distinctionibus , quales illae sunt , in quibus traditur posse unum beneficium obtinere in titulum , et aliud in commendam ; item esse quaeddam beneficia uniformia , alia dissimilia. Permissis quidem Eclesia urgentie necessitate , aut magna utilitate , quod beneficium in commendam ei tribueretur , qui aliud haberet in titulum : verum etiam est maiorem adesse deformitatem in cumulatione beneficiorum quorundam , quam in aliorum : denique , non cuicunque pluralitatî impositas esse in iure poenas : coeterum dum non de poenis in foro exteriori infligendi agitur , sed de periculo anime , dicendum constanter est omnia beneficia , sicuti obligant ad residentiam , ita (etiam hac causa deposita) esse incompatibilia : excepta sane Eclesiae necessitate , aut utilitate , et causis , quae recensentur in Concilio Trident.

Ulterius progrexi non possum , quin hic Tyrones moneam cayendum esse à Berardo , dum hac de re

re agens in tom. 2. de Univ. Iure Ecclesiast. Dissert. 1. cap. 5. atque ostendens distinctionem , iuxta quam vulgo assertur obtineri posse unum beneficium in titulum , et aliud in commendam , musquam canonicis confirmatam ; neutiquam huic regulæ obstat ait *caput 54. de Electione* , ex eo quod , quando ibi traditur , Archidiaconum , de quo agebatur , potuisse praefata forma duo beneficia obtinere , non in his ius constitutur , sed enarretur factum , et explicetur quid Archidiaconus allegaret sui excusandi gratia ; nam deceptum hac in re fuisse virum aliqui diligentissimum facile fatebitur quisquis praeditum caput attente legerit. Agebatur illa loco de infirmanda electione Archidiaconi in Episcopum Rothomag. ex eo quod contra statuta Canonum , praincipiè in Concilio generali , plures obtineret Paraceliares Eclesias in suæ salutis , et multarum animalium dispendium ; electus autem sese excusare nitebatur , tum asserens se non credidisse Archidiaconatum , quo fungebatur , habere curiam animalium , tum indulgentiam quandam prætendens : Gregorius IX. eam reputavit invalidam , cum in ea (ait) falsitatem suggesterit , et suppresseret veritatem : suggestit enim quod praedictas Paraceliares Eclesias , antequam fuisse in Archidiaconum assumptus , canonice fuerat assequitus , cum nullus potuerit plures Paraceliares Eclesias obtinere , nisi una pendentes ex altera , vel unam intitulatam haberet , et alteram commendatam ; unde (concludit S. Pontifex) cum idem utramque illarum intitulatam haberet , ipsas nequivit canonice habuisse. Clarius sanè exprimere non poterat S. Pontifex obtineri posse canonice unam Eclesiam in titulum , et aliam in commendam : aparet etiam manifeste quid Archidiaconus allegaret in sui excusationem : rectius propterea , ni fallor , egisset Berardus , si sententiam capituli candidè agnosceret , cogitasset de adhibenda congrua inter-

pre-

30 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

pretatione. Negari haud potest sacris canonibus minime improbari quod habenti unam Eclesiam in titulum, alia in commendam committatur ad tempus, dummodo iustissimae illae cause adint, ob quas saepius id à primis fere saeculis factum constat: unde generaliter asserere potuit Gregorius IX. quem posse habere duas Eclesias, unam titulatam, aliam autem in commendam, quin inde conficiatur probavisse S. Pontificem abusum duas Eclesias in perpetuum obtinendi effecto commendatae praetextu, et nulla ex his adstante circumstantiis, in quibus per canones licet; quales sunt, si vacante Eclesia Praelato finitimo interim ea commendetur; si probo undique alieni viro Eclesia, aut Monasterium ad tempus committatur ad restaurandam sua sortertia, et cura colapsam in eis disciplinam: denique, si Episcopo ab hostibus è sua Sede ejecto commendetur alia Eclesia, cui ministret, et ex qua desunre valeat congrua sui sustentationem, quin Episcopus esse designat illius, à qua fuisset dejectus. Deinde cum in cap. 54. de Electione res esset de infirmando electione Archidiaconi eo quod plures haberet Eclesias contra Concilii generalis praeceptum, et quia Innocentius III. eam inflixerat poenam in obtinentes plura beneficia, aut dignitates, ut ad superiores eligi non possent, ut patet in cap. 18. b. tit. forsitan Gregorius IX. non existimavit illa sanctione comprehendere eum, qui plures quidem haberet Eclesias, sed unam titulatam, et aliam in commendam: nam multitudine delinquentium in causa erat, ut modo indulgentia ageretur cum plurimum beneficiorum amatoribus; et superius animadvertisimus, tam in hac re, quam in residentia distinguendum esse periculum animeæ a poenarum in foro exteriori impositio- ne. Sed de his iam loquarum.

Saeculo duodecimo nulla statuta erat poena in eos, qui beneficia plura obtinebant; unde magis orie-

oriebatur abusus, Primus Alexander III. coepit illi occurtere; sed mitius egit pro multitudine delinquentium, ut videre est in cap. 7. 14. et 15. b. tit. nam cum, qui duo beneficia obtineret, altero contentum, aliud dimittere voluit. Sevior fuit Innocentius III. in cap. 18. et 28. b. tit. et in 9. de Concess. Praeb. et Ecles. non vacantis; in quorum secundo haec sententia continetur, ut quicunque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso iure privatus: et si forte illud retinere contendet, etiam alio spoliatur. Deinde idem in Personatis observandum esse decrevit, addens, ut in eadem Eclesia nullus praesumeret habere plures Dignitates, aut Personatus, etiam si curam non habeant animarum. Durius adhuc se gesserunt Bonifacius VIII. in cap. 32. de Praebend. in 6. et Ioannes XXII. in Extrav. m. huius tit. Tandem confecta res fuit in Concilio Trident. locis nuper citatis. Et quidem in sess. 7. de Ref. cap. 2. statuit neminem quacunque etiam dignitate, gradu, aut praecærmitia præfulgentem, plures Metropolitanas, seu Cathedrales Eclesias in titulum, sive commendam, aut alio quovis nomine contra sacrorum Canonum instituta recipere, et simul retinere posse, cum valde felix sit ille censendum, cui unam Eclesiam bene, ac fructuosè, et cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit: unde una, quam maluerint, retenta, alias dimittere eos compellit; simul decernens, nisi id intra statuta tempora efficiant, tales Eclesias eo ipso vacare esse censendum, ultimo obtentâ duntaxat excepta. In capite 4. eiusdem sess. innovatur cap. 28. Innocent. III. in hoc tit. quod beneficia curata, seu alias incompatibilia. Denique in cap. 17. sess. 24. de Reform. agens de coeteris omnibus, asserit primo Sancta Sino- dus ecclesiasticum ordinem perverti, quando unus plurium officia occupat Clericorum, sacrisque cano- ni-

nibus cantum fuisse neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi. Prae oculis hic habuisse videtur Sancta Sinodus incommoda , quae ex pluralitate beneficiorum oriri dolebat Ioannes XXII. in *citata Extrav.* dum siebat unum , qui unicum , quanvis modicu[m] , vix officium implere sufficeret , plurimorum sibi stipendia vindicare , quae multis litteratis viris , vitae puritate , ac testimonio bonae famae pollentibus , qui mendicant , possent abunde sufficere aqua distributione collata : habeatibus ipse beneficia parari vaganti materiali : divinum cultum minui : hospitalitatem in ipsis beneficiis debitam non servari: dum ipsi non resident , libertates Ecclesiarum multipliciter collabi : ruinis patere aedificia : curam animarum negligi , et vitiiorum sentibus fomentum periculosè praeberti. Verum quoniam multi (subiungit Concilium) improbae cupiditatis affectu , se ipsos , non Deum decipientes , ea , quae bene constituta sunt , variis artibus eludere , et plura simili beneficia obtinere non erubescunt : : damnat Sinodus his verbis cunctas opinionum , ac distinctionum , quarum supra meminiamus , adiventiones ; atque statuit , ut in posterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur , quoconque titulo , etiam si Cardinalatus honore personae ipsae fulgeant. Si autem illud beneficium ad vitam eius , cui conferatur , honestè sustentandam non sufficiat , licet decernit nihilominus aliud simplici sufficiens , dummodo utrumque personalem residentiam non requirat , eidem conferri; haecque non modo ad Cathedrales Ecclesias , sed etiam ad alia omnia beneficia tam secularia , quam regularia quaecunque etiam commendata pertinere , cuiuscunque tituli , aut qualitatis existant.

Sed neque prædictae Conciliares sanctiones adiutum omnino intercludere valuerunt ambitioni plura beneficia obtinere cupientium; nam , ut Menander , caecae sunt divitiae , ac se inspicentes excaecant: unde et no-

novae inventae sunt distinctiones , de quibus videri potest Berardus tom. 2. de Univers. *Iur. Ecles. Dissert. 1. cap. 5.* neque enim milii plus immorari licet.

Postquam beneficia novam , quam diximus , formam induere , necessum fuit providere , ne beneficiati ob defectum congruae sustentationis mendicare cogerentur cum maximo status sui dedecore , neve ipsis vagandi praebetur occasio : hinc pluries statutum fuit , ut nullus Episcopus Clericum ordinaret absque titulo sufficienti , alias tribuere illi cogeretur necessaria ad sui sustentationem , ut appareat in *cap. 2. 4. et aliis b. tit.* cum tamen Alexander III. in *praedict. cap. 4.* dixisset Episcopum , qui sine titulo aliquem in Presbiterum , aut Diaconum ordinaret , tанди ei necessaria subministrare cogendum donec in aliqua Ecclesia convenientia stipendia Clericalis militiae ipsi assignaret , nisi talis ordinatus de sua , vel paterna haereditate subsidium vitae posset habere ; cumque probata deinde haec exceptio fuisse ab Innocentio III. in *cap. 23. b. tit.* inducta fuit ignota ad illa usque tempora ordinandi ratio , titulo nempè Patrimonii , de quo videnda sunt constitutio Gregorii IX. in *cap. 45. de Simonia* , et Decretum Trident. in *sess. 23. cap. 16. et sess. 21. cap. 2.* Cautum sequitur nemini licere pro lubitu relinquere beneficium , cuius titulo fuisse ordinatus ; idque , tum ob dictam causam , tum etiam quod ita exiget una ex proprietatibus beneficiorum , quae in eo consistit , quod sui natura perpetua sint : unde neque propria auctoritate permutare permittitur , *cap. 8.* Tandem neque divisionem pati debent , aut sectiōnem , ut traditur *cod. cap. et dictetur inferius tit. 12.*

Animadvertere hic iuvat , in conspectu decretorum Concilii Trident. quae retulimus , facile cuilibet esse agnoscere abrogata , aut derogata mansisse plura huius tituli decreta , quae disciplinam exhibent priorem ; unde Tyrones utramque semper inter se

34 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

conferant velim , ne capita omnia , in quibus hoc accidit , adnotare cogamur . Illud minimè prae-
mittendum duximus , plura , sive in Collectione Gre-
gorii IX. sive in Sexto , Clementinis , et Extravagan-
tibus , sub hoc titulo extare capita , in quibus pro-
bantur expectativa , et mandata de providendo , quae
prohibita fuere in Sinodo Trident. et adversantur
Concordatis à Regibus nostris initis cum Sede Ro-
mana .

Secunda huius tituli pars est de diversis bene-
ficiorum speciebus , quae conspicuntur in Ecle-
siis Cathedralibus , et Collegiatis ; eaque non me-
diocrem accipit lucem ex iis , quae initio diximus
circa peculia ecclesiastici administrationem , et mul-
tiplices vitae Clericorum variationes . Horum bene-
ficiorum quaedam dicuntur Dignitates , alia Per-
sonatus , alia Officia , reliquis sub generali nomine
Canoniciatuum contentis . Vocantur Dignitates quae
habent praestantiam cum aliqua iurisdictione ; Per-
sonatus , si dignior illis sedes si absque iurisdictione ;
denique Officis inest speciale aliquod minus si-
ne iurisdictione , aut sedis praerogativa . Et haec
quidem generalis traditio est ; quoties autem de sin-
gulis queritur , consuendas sunt cuiusque Ecclesiae
consuetudines , et statuta , cum in aliis Dignitas di-
catur , quod in aliis appellatur Personatus ; quae vo-
ces etiam in iure non semel confunduntur . Sic quo-
que animadvertisimus in quibusdam Ecclesiis plura
in aliis pauciora ex his beneficis existere . De singu-
lorum origine hic agere longum foret : tantum
addam quorundam ex eis primam institutionem non
alibi querendam , quam in vita communii Clerico-
rum ; cum enim ordinata esset ad exemplum mo-
nasticae , inducta in eam sunt nomina officiorum
que in Monasteriis frequentabantur , qualia sunt
Decani , Praepositi , Prioris , Abbatis .

Assignantur etiam aliae beneficiorum divisiones ,

ut

TITULUS V.

35

ut in regularia , et saecularia ; titulata , et comen-
data ; receptitia , et non receptitia ; perpetua , et
ad notum amovilia ; patrimonialia , et libera ; deni-
que in maiora , et minoria ; quae satis ex ipsis no-
minibus percipiuntur , et insuper declarandae deia-
ceps sunt , prout exiget subjecta materia .

TITULUS VI

De Clerico asprotante , vel debilitato .

Quae hucusque dicta sunt de onere residentiali ,
atque poenis adversus non residentes stabilitis ,
hanc intelligenda sunt de illis , qui morbo , aut senio
confecti , ministrare amplius nequeunt ; nam his dan-
dis est ab Episcopo Coadiutor cum competenti dote ,
simil relinquendo impedito Clerico necessaria ad sui
congrua sustentationem .

Quenam quantitas assignanda huiusmodi Coadiutori , aut Vicario sit ut sciatur , attendenda apud
nos est Bulla *Apostolici ministerii* : si vero quaestio
oriatur de bonis , ex quibus ea desumenda sit , pri-
mò videtur inspicendum an beneficium impediti suffi-
ciens ad hoc sit post tributam beneficiario partem
ad sui sustentationem necessariam , cuius prima
semper habenda est ratio : in eius defectu cogendi
illi sunt , qui decimas percipiunt ; qui ad ministro-
rum sustentationem alter obligati sunt ; aut deni-
que Parochiani , iuxta regulam , quae traditur quoties
agitur de Ecclesiis aedificandis , aut restaurandis .

Episcopo impedito aequè dandus Coadiutor est :
et quidem à Metropolitano iuxta *caput 5. bii. tit.*
verum ea facultas reservata S. Pontifici est per pos-
teriorum Bonifacii VIII. Constitutionem in *cap. un.*
b. tit. in 6. Deducitur ex eodem textu Episcopum ,
aut Clericum impeditum renunciare , aut cedere mi-

E 2

ni-

34 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

conferant velim , ne capita omnia , in quibus hoc accidit , adnotare cogamur . Illud minimè prae-
mittendum duximus , plura , sive in Collectione Gre-
gorii IX. sive in Sexto , Clementinis , et Extravagan-
tibus , sub hoc titulo extare capita , in quibus pro-
bantur expectativa , et mandata de providendo , quae
prohibita fuere in Sinodo Trident. et adversantur
Concordatis à Regibus nostris initis cum Sede Ro-
mana .

Secunda huius tituli pars est de diversis bene-
ficiorum speciebus , quae conspicuntur in Ecle-
siis Cathedralibus , et Collegiatis ; eaque non me-
diocrem accipit lucem ex iis , quae initio diximus
circa peculia ecclesiastici administrationem , et mul-
tiplices vitae Clericorum variationes . Horum bene-
ficiorum quaedam dicuntur Dignitates , alia Per-
sonatus , alia Officia , reliquis sub generali nomine
Canoniciatuum contentis . Vocantur Dignitates quae
habent praestantiam cum aliqua iurisdictione ; Per-
sonatus , si dignior illis sedes si absque iurisdictione ;
denique Officis inest speciale aliquod munus si-
ne iurisdictione , aut sedis praerogativa . Et haec
quidem generalis traditio est ; quoties autem de sin-
gulis queritur , consuendas sunt cuiusque Ecclesiae
consuetudines , et statuta , cum in aliis Dignitas di-
catur , quod in aliis appellatur Personatus ; quae vo-
ces etiam in iure non semel confunduntur . Sic quo-
que animadvertisimus in quibusdam Ecclesiis plura
in aliis pauciora ex his beneficis existere . De singu-
lorum origine hic agere longum foret : tantum
addam quorundam ex eis primam institutionem non
alibi querendam , quam in vita communii Clerico-
rum ; cum enim ordinata esset ad exemplum mo-
nasticae , inducta in eam sunt nomina officiorum
que in Monasteriis frequentabantur , qualia sunt
Decani , Praepositi , Prioris , Abbatis .

Assignantur etiam aliae beneficiorum divisiones ,

ut

TITULUS V.

35

ut in regularia , et saecularia ; titulata , et comen-
data ; receptitia , et non receptitia ; perpetua , et
ad notum amovilia ; patrimonialia , et libera ; deni-
que in maiora , et minoria ; quae satis ex ipsis no-
minibus percipiuntur , et insuper declarandae deia-
ceps sunt , prout exiget subjecta materia .

TITULUS VI

De Clerico asprotante , vel debilitato .

Quae hucusque dicta sunt de onere residentiali ,
atque poenis adversus non residentes stabilitis ,
hanc intelligenda sunt de illis , qui morbo , aut senio
confecti , ministrare amplius nequeunt ; nam his dan-
dis est ab Episcopo Coadiutor cum competenti dote ,
simil relinquendo impedito Clerico necessaria ad sui
congrua sustentationem .

Quenam quantitas assignanda huiusmodi Coadiutori , aut Vicario sit ut sciatur , attendenda apud
nos est Bulla *Apostolici ministerii* : si vero quaestio
oriatur de bonis , ex quibus ea desumenda sit , pri-
mò videtur inspicendum an beneficium impediti suffi-
ciens ad hoc sit post tributam beneficiario partem
ad sui sustentationem necessariam , cuius prima
semper habenda est ratio : in eius defectu cogendi
illi sunt , qui decimas percipiunt ; qui ad ministro-
rum sustentationem alter obligati sunt ; aut deni-
que Parochiani , iuxta regulam , quae traditur quoties
agitur de Ecclesiis aedificandis , aut restaurandis .

Episcopo impedito aequè dandus Coadiutor est :
et quidem à Metropolitano iuxta *caput 5. bii. tit.*
verum ea facultas reservata S. Pontifici est per pos-
teriorum Bonifacii VIII. Constitutionem in *cap. un.*
b. tit. in 6. Deducitur ex eodem textu Episcopum ,
aut Clericum impeditum renunciare , aut cedere mi-

E 2

ni-

36 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

nime esse cogendum , cum afflito non sit addenda afflictio ; unde caput 4. intelligendum est de remotione ab administratione actuali , non de habituali .

Tandem quoad formam Coadiutorem eo casu petendi sanxit Bonifacius VIII. in *praedict. cap.* ut Episcopus senio , aut valetudine corporali gravatus , vel etiam alias adeo impeditus perpetuo , ut officium suum nequeat exercere , possit de sui consilio , et assensu Capitali , vel maioris partis ipsius , unum , vel duos auctoritate Apostolica Coadiutores assumere ad dictum officium exequendum . Si Episcopus demens fuerit , et quid velit , aut nolit exprimere nesciat , vel non possit , tunc potest eius Capitulum , vel duas ipsius partes iuxta hanc constitutionem eadem auctoritate unum , aut duos Coadiutores assumere . Quod si Episcopus senio , aut incurabili morbo gravatus , vel perpetuo impedimento inutilis ad officium reddatur , et Coadiutorem assumere nolit a Capitulo requisitus , nihil debet per Capitulum innovari , sed facti circunstancias universas ad notitiam Sedis Romanae deferent . Apud nos imploranda hoc casu venit protectio Regis : imo nusquam Episcopo dari poterit Coadiutor absque eiusdem consensu , et praevio Senatus Supremi examine .

TITULUS VII.

De Institutionibus.

Beneficia , de quibus superius actum est , aliter adquiri nequeunt , quam per canonicanam institutionem : quapropter merito in hoc , et quibusdam extitulis sequentibus explicatur quid ea sit ; ad quos iure ordinario pertineat ; denique quenam in ea peragenda servanda sint .

Ins-

TITULUS VII.

37

Institutionis vocabulum generale est , comprehenditque quamcunque beneficium dationem , aut assumptionem ad beneficium ; atque in ea significatio ne desumitur in rubrica huius tituli : verum contrahitur deinde , ut denotet concessionem beneficii non liberam , et in hoc sensu distinguitur a collatione , quae dicitur concessio libera . Huic locum esse constat in beneficiis , quae non conferuntur prævia præsentatione aliqua , aut electione : illa è converso verificatur , quoties is , ad quem institutio spectat , denegare eam nequit præsentato , aut electo , modo idoneus sit , ut dicemus in tit. *de Iure Patronatus* . Ex iis , quae alii locis tradidimus , satis deprehenditur , iuxta antiquam beneficiorum formam sciungi non potuisse collationem beneficij à collatione ordinum : unde omnia hic exposita intelligenda veniunt de hodierna disciplina , quae tunc demum invaluit , cum novam , quam hodie præse ferunt , formam beneficia desumperunt .

Collatio iure ordinario competit Episcopo *cap. 3.* potest autem iure speciali ad alios spectare : sin vero lis super hoc oratur , servandus quis interim est in possessione iuxta *cap. 6.* et notissima iuri principia . Tribuitur in *cap. 3.* eadem potestas Officialibus , sive Vicariis Episcoporum : coeterum de illi hoc est intelligendum , qui expressè hanc facultatem in mandatis ab Episcopis acceperunt iuxta *caput 3. de Officio Vicarii in 6.*

Quicunque institutionis , aut collationis iure finiguntur plurima servare tenetur : et quidem in primis conferre beneficium vetatur antequam vacet , de quo in titulo seq . Deinde non nisi idoneis conferre debet , illis nempe , qui possent omnibus qualitatibus , sive in iure , sive in beneficij erectione requisitis ; unde laici non esse conferenda beneficia præscribitur in *cap. 2. b. tit.* Praeterea in id semper intendere tenetur , ut digniores coeteris præferat , se po-

positis cunctis humanis affectionibus , de quo nonnulla alii locis paelibabimus.

In cap. 1. continetur saluberrima sanctio Concilii Arelatensis VI anni 813. in canone 8. Statuitur in eo , ut non amplius suscipiantur Monasterio Canonicorum , atque Monachorum , seu etiam Puerarum , nisi quantum ratio permittit , ut in eodem Monasterio absque necessariorum rerum penuria degere possit . Eisdem ferè verbis concepta haec sanctio conspicitur in Concilio Moguntino , et Turonensi III. quae eodem anno habita sunt : in canone autem 27. Rheimsensis haec leguntur : Ut in Civitatibus , et Monasteriis non maior numerus seruorum Deo mittatur , quam possibilis estis ministrandi fuerit : quibus consonet Concilium Tridentinum in sess. 25. de Regul. cap. 3.

Hanc constitutionem paulò latius quoad Regulares expendemus alibi . Cum de Clericis aequè , ac Monachis concepta sit à S. Raimundo in capite predict. ex ea generaliter deducitur Collatoris non licere plures Clericos instituere , quam ferre valeant Ecclesiae redditus . Eodem collimant leges omnes de nemine ordinando absque titulo ad sui congruum sustentationem sufficiente , ne dedecet totius ordinis ecclesiastici inde oriarut ; cui sanctissimo fini assequendo adlaboratum præcipue est à Religiosissimo Rege nostro his postremis temporibus , ut satis ostendunt litterae encyclicaes ad Episcopos omnes missae anno 1769. ut ad mentem Concilii Trident. per uniones , et suppressiones ita beneficia omnia in posterum manerent ordinata , ut congruae sustentationi satis essent ; præcipue verò illi , quibus annexa est animarum cura . Nihilominus mendicantes Clericos , non advenas modo , sed et nostriates Sacerdotes , haud semel vidisse fateri tuto possumus ; alios verò stipendiia Missarum , et Concionum adeo anxiè queritantes , ut mirum non sit ,

quod ,

quod simoniā frequentissimè committi , vulgo existimetur , et non admodum iustae opinione de rebus sacris apud laicos ingerantur . Sed quod magis dolendum , curata adhuc conspicimus beneficia , valde tenues habentia proventus , dum alia , fortè in eadem Dioecesi , longissimis abundant ; neque tamen illa remanent antiquae disciplinae vestigia , iuxta quam Ecclesiae divites pauperibus necessaria quaerunt que tribuebant.

Quod in capite 5. statuitur de Clericis ex quacunque Natione desumendis , diuimodo idonei , et digni sint , congruebat statui Ecclesiae Constantinopolitanae temporibus Innocentii III. ad quam missa haec Decretalis fuit . Eo aeo Latini Constantinopolim semel , atque iterum expugnarunt : inducto quoque in eam riu Latino , Patriarcha eiusdem communionis stabilitus fuit Thomas Venetus , qui coeteros latinos Clericos spernens , tantum Venetos in ea Ecclesia collocare studebat , de quo eum increpat Innocentius III. Haec admonere duxi , ne quis tam veteribus , tum novis nostri Regni legibus notam inurauit ex eo , quod accuratissime prohibuerint , quod beneficia , tum maiora , tum minoria , exteris hominibus conferatur , neve illo pacto pensiones in eorum favorem inductae , et constitutae valeant . Sanctissima haec sanctio est , et medium in Reipublicae securitatem , et commodum , sed etiam in utilitatem Ecclesiarum ipsarum admodum necessaria . Vix explicari possunt mala , quae Hispanae Regioni orientabantur ex adveniarum ad beneficia eclesiastica admissione : immensa ferè ex proventibus Ecclesiarum nostrarum deducta pecuniae quantitas ad exteros , infensos non semel Regni hostes , deferebatur : interea residencia negligebatur , atque animarum cura Mercenarii modica pensione contentis committebatur , quibus neque virtutis , et scientias qualitates inerant , neque illae supererant facultates , quibus sub-

ve-

venire valerent indigentibus Paraecianis : languebant litterarum , atque artium studia , quae mirum in modum foventur reditibus eclesiasticis inter Regnacolas tributis : saepè suspecti viri inter frequentia bella primas sedes occupabant. Obviam legibus nostris itum his incommodis est : neque tamen satis erat statuere ne beneficia exteris conferrentur , nisi simul cessarent rescripta Regia , quibus nonnullis iura Civitatis tribui consueverat (*Cartas de Naturaeza*) : modus ergo et his impositus fuit : Deinde verò abusus pensionum , qui occasione Schismatis Avenionensis gliscere coepit , novam exteris paraviam , reditibus Ecclesiarum nostrarum fungendi. Conferabant quidem beneficia Hispanis ; verum pensionibus in favorem exterorum gravata : prestò fuerunt Reges nostri medeliae etiam huic morbo adhibendae : coeterum mutuato nomine aliquius hispaniæ aedem nihilominus in exterorum gratiam imponebantur , donec tandem Concordatis aditus omnino alienigenarum ambitioni , et novis in dies proditiis artibus interclusus est : quoniam enim adhuc Sedis Apostolicae reservata fuerit provisio nonnullorum beneficiorum , conferri tamen necessariò debent hispanis nullo pensionis , aut alterius qualitatis gravamine ; et si quae Bullæ , Brevia , aut cuiuscunq; generis rescripta à Romana Sede emanaverint huic conventioni vel minimum adversantia , retinenda , atque ad Supremum Senatum mittenda sunt , sicut iniunctum strictè est cunctis iudicibus Regiis . Monimus etiam haec lib. 1. tit. 6.

DIRECCIÓN GENERAL DE

TITULUS VIII.

De Concessione Praebendæ , et Ecclesiæ non vacantis.

Superiori Titulo innimus conferendum non esse beneficium antequam vacet ; quod hic latius explicare oportet.

Non solum antiquissimis , et celeberrimis Ecclesiæ statutis cautum est , ut nemo ambire audeat viventis beneficium , ubi aiebant Patres Concilii Lugdun. I. anno 1245. verum et ipsis Gentilibus reprehensibile nimis vissum est , dum de suo Pontificatu agebatur. Idem praedicarunt Iurisconsulti de eo , qui solicitus esset de haereditate viventis.

Hinc describitur in cap. 1. b. tit. eum , qui scienter in beneficio non vacante fuerit institutus , esse deponendum : et in regula 21. Cancellariae annullatur provisio beneficii vacantis etiam per novam supplicationem illi facta , qui vivente adhuc possessore supplicaverit de eo tanquam vacante per obitum. Longum foret recensere causas , sive causas omnes , quibus advenientibus vacant beneficia , ita ut conferri statim valeant : coeterum animadvertere non desinam quandoque vacare beneficia ipso iure , nonnunquam sententia iudicis , aliquando facto ipsis Beneficiarii. Ipso iure , sive legis potestate vacare dicitur beneficium dum venit casus , quo adstante expressum est in iure vacare beneficium , licet nonnunquam requiratur sententia iudicis declaratoria. Dicitur vacans sententia iudicis , quoties legitimus Superior iustis de causis , debitâque formâ beneficio possessorem privavit perpetuo : quo casu distinguenda cautè est suspensio à privatione , et censura à poena. Facto Beneficiarii vacat si renunciaverit ea , Tom. II.

quam suo loco exposuimus formā; si statum , aut vitae rationem eligat cum possessione beneficii incompatibilem ; veluti si matrimonium contrahat , aut in Religionē profiteatur , quanvis verum sit etiam iuris potestatem his casibus concurrere .

Neque tantum conferre prohibetur quis beneficiū non vacans , sed et promittere , cap. 2. cod. ad avertendum nempe improbum captandae mortis alienae votum . Sed ne Tyrones capitibus invicem sibi adversantes confundantur , animadverte hī iuvat enim doctissimo Gonzalezi temporibus Alexandri III. prohibitam quidem extitisse promissionem certi beneficii nondum vacantis , sed non aequē incerti , quasi non adeo tunc esset verendum votum captandae mortis . Innocentius III. neque incerti beneficii nondum vacantis promissionem subsistere voleuit , nisi sub clausula cum potuero , vel cum facultas se obtulerit , uti apparet in cap. 13. b. tit. et 19. de Praebendis . Verum Bonifacius VIII. in cap. 2. b. tit. in 6. reprovavit promissiones omnes quacunque forma factas , per quas directē , aut indirectē aperiri via vident ad beneficia vacatura . Tandem Sinodus Trident. in sess. 24. de Reform. cap. 19. abrogavit mandata omnia de providingo , gratias expectativas , promissiones denique omnes , et reservations , etiam mentales , de beneficiis vacaturis : quod pressius adhuc statuit S. Pius V. anno 1568. in Constitutione *Sacrosanctum* . Nihilominus interveniente S. Pontificis auctoritate permisit sancta Sinodus Coadiutorum cum futura successione dationem , quocties necessitas , aut evidens utilitas Ecclesiae exigat sess. 25. de Reform. cap. 7. ita tamen ut solum in Episcopatibus , et Praelaturis etiam in praedictis adjunctis ei locus sit , nusquam in reliquis beneficiis , quacunque illa sint . Idem quoad haec Regna iam olim statuerat Alexander VI. in quoddam Motu proprio edito anno 1499. quias accuratam observantiam

TITULUS VIII.

43

dam simul cum praecitata Tridentina sanctione districte praecepit Philippus V. Rex anno 1745. *Auto acordado* 9. lib. 1. tit. 3.

Adduci in hanc rem vulgo solet factum Augustini , qui Valerio Hippomensi Episcopo viventi suffec-
tus fuit : verum fatetur ipse Augustinus id contra-
rium fuisse canonibus Nicaenis , quorum prohibi-
tioni locum non esse credidit Valerius in conspectu
Augustini , cuius electionem sciebat fore Ecclesiae utilissimam . Hanc interpretationem sequitur Berardus , illā rejectā , quae à plerisque de promittit ex ipsomet Augustini verbis ; neque enim credendum censem Valerium , et Augustinum ignorasse canones Nicaenos , qui velut unica regula in ore omnium ferebantur : quod verò profiteret Augustinus de eorundem ignora-
ntia existimat tribendum maxime eius humilitati , à qua sperandum non erat , quod assereret sanctus vir praeclaras dotes , quibus ipse esset ornatus ; locum fecisse in eo casu dispensationi regulare genera-
lis . Sed vereendum meā sententiā est , ne speciosa potius , quam solida sit haec interpretatio : neque enim adduci quis facile potest , ut credit , Augustinum , virum sanctissimum , modestiae intuitu fal-
so aut sibi , aut Valerio predictam canonum Nicae-
norum ignorantiam tribuisse : abstinuisse profecto potius hac de re , silentio electionem de se factam
praeteriens , ne se ipsum in discrimine constitueret
mentiendi , aut virtutes proprias extollendi . Deinde ,
notum omnia est non satis perspicue novisse Afri-
canos Patres , aut Nicaeni , aut Sardicensis Concili
sententias , uti ostendit contentionum , quae circa ap-
pelationes obortae sunt , historia , et legatio ab ip-
sis missa ad Atticum Constantinopolis , et Cyrilum
Alexandriae Antistes tempore Concilii Carthag. VI.
anno 419 . Tandem ignoravit Augustinus verum Sar-
dicense Concilium , cum Concilium Sardensi , vel
potius Philippensi in Thracia illud confundens , in

F 2

quo

44 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

quo Ariani confixerunt novam fidei formulam, eamque denominarunt Sardensem, ut veram huius nominis Sinodum suppresserent, haec impudentissima mendacia praesertim in Africa perulgantes opera Donatistarum, quos in suam societatem adiunxerant, dominato Grato, legitimo Carthaginis Episcopo. Haec omnia consideranti non adeo mirum videbitur, quod Augustinus, et Valerius ignoranter infregerint Concilii Nicaeni sententiam diuos simul esse eiusdem Ecclesiae Episcopos vetantem; maximè si animadverterat apparet quidem hodie in huius Concilii VI. exemplaribus Osii, et Sinodi Sardensis mentionem, sed eam esse suppositam, aut ex nota aliqua marginali desumptam, atque indebet in canonе 6. deinde insertam. Vide Cabassutum ad hoc Concil. in *Notitia ecclesiastica saeculi V.*

In hoc titulo in 6. et Clementinis plura sunt capita, in quibus admittuntur mandata de providendo, videlicet 1. 3. 4. 5. 6. et 7. in 6. atque un. in Clementinis; que omnia abrogata fuisse in Tridentino notavimus.

TITULUS IX.

Ne Sede vacante aliquid innovetur.

Collationem beneficiorum iure ordinario competere Episcopo diximus, et indubium omnibus est. Capitulum Sede vacante succedere Episcopo in iis, quae sunt jurisdictionis, aequè est certum: ne ergo ex iis quisquam concludat collationem beneficiorum, utpote ad jurisdictionis potestatem spectantem, ad Capitulum Sede vacante transire, adiungi hic titulus debuit, in quo traditur Sede vacante nihil esse innovandum. Sed hoc longiorem requirit indaginem.

Quousque collatio beneficii coniuncta fuit collatio.

TITULUS IX.

45

tioni ordinis, nulla potuit esse quaestio de iure conferendi beneficia Sede vacante, cum spectaret ad ordinis potestatem: postquam vero seincta ea fuerunt, et collatio beneficii pertinere vissa fuit ad potestatem iurisdictionis, non mirum si Capitula defenderent eam ad se transire, sicuti coetera omnia iurisdictionis munia. Nihilominus exceptam semper conspicimus à regula generali collationem beneficiorum; ita ut Honorius III. asserere non dubitet in cap. 2. b. tit. ^{No.} nusquam inveniri cautum in iure quod Capitulum Sede vacante fungatur vice Episcopi in collatione Praebendarum: cum tamen aliunde videamus Capitulum conferre Sede vacante beneficia collationis non liberae. Varia tradi solent ab Interpretibus ad assignandam huiusc rei rationem. Pierique sentiunt id ex eo proficiere, quod beneficiorum collatio recensenda sit inter fructus, hi autem servari debeant futuro Episcopo: sed vehementer eos reprehendunt Berardus, et Van-Espenius, quasi crassam admodum, atque indignam exhibeant beneficiorum imaginem; cum Ministros Ecclesiae constitueret onus sit gravissimum, et maximè formidandum: probabilius ergo, atque honestius dicemus cum Berardo tribuendum id esse singularibus conventionibus inter Episcopos, et Capitula, in quibus exempta fuit à regula generali collatio beneficiorum, quam fortè alias nunquam separasse Episcopi ab ordinum collatione: deinde vero, cum viri ipsis ulla remaneret potestas in collatione non libera, censendum est parum fuisse sollicitos de ea conservanda, atque ob hanc causam transiisse ad Capitula. Fortassis dici aequè probabiliter potest, quod, cum collatio beneficii prius ad Episcopos spectaret, servata eidem fuerit consuetudine, quasi specialiter ad manus Episcopale pertineat dignos Ecclesiae depare Ministrorum.

Bonifacius VIII. in cap. un. b. tit. in 6. excipit à pro-

proposita regula casum, in quo ad Capitulum, et Episcopum communiter pertineat collatio Praebendarum; tunc enim, etsi liberae collationis sint, mortuo, aut suspenso à collatione Episcopo, Capitulum conferet.

S. Pius V. in Constitutione *Sanctissimus 9. Martii anni 1563.* reservavit Sedi Apostolicas beneficia omnia, cum cura, aut sine ea, ubilibet existentia, et quaruncunque Eclesiarum, quae vacarent Sede Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, aut Patriarchali Pastore destituta, et quarum collatio ad easdem Sedes spectaret. Accessit quoque Regula II. Cancelleriae. Verum apud nos locus his, aliisque Sedis Apostolicas reservationibus non est.

TITULUS X.

De bis, quae sunt à Praelatis sine consensu Capituli.

A primis Eclesiae saeculis occurserunt plurima monumenta, in quibus mentio fit Presbiteri Eclesiae, quod Hieroquoimus Senatum nuncupat: utroque autem nomine intelligimus Collegium, sive Capitulum Cleri, è quo probati quique, et seniores, non tantum opera, et ministerio, sed et consilio Episcopo assistebant, aut consensu. Saepissime sacris canonibus iniunctum fuit, ut Episcopi in rebus gravioribus exposcerent Fratrum suorum consensum: unde Alexander III. Patriarcham Hierosolimitanum ita alloquebatur: *Novit tua discretionis prudentia qualiter tu, et fratres tui unum corpus sitis, ita quod tu caput, et illi membra esse probantur: unde non deceat te omissis membris alitorum consilii in Ecclesia tuae negotiis uti, cum id non sit dubium et honestati tuae, et Sanctorum Patrum institutionibus contrarie: unde personarum eclesiasticarum institu-*

TITULUS X.

47

nes, et destitutions fieri non debere ab Episcopo de cernit sine consilio Fratrum.

Senatum hunc conspicimus in Ecclesia Romana ex Presbiteris, et Diaconis honorabilioribus conflatum, quibus inditum deinde fuit nomen Cardinalem, et concessa quamplurima privilegia. Quod vero ad coeteras Eclesias attinet, admonuimus in lib. 1. tit. de Elect. hodie nomine Fratrum tantum venire in hac materia Canonicos Eclesiarum Cathedralium, postquam nempe hi removerunt tum ab electionibus, tum à consilio, seu consensu Episcopis praestando, universum Clerum, hoc est coeteros omnes Dioecesis Presbiteros, et Clericos, velut minus conjunctos Episcopo. Nihilominus, ut at Cabassutius in *Natitia eclesiastica saeculi secundi, dissertatione 18.* Presbiteri, seu Senatus Episcoporum non fuerunt à primaevo Canonicci Choro addicti, qui olim Cantorum nomine censebantur, sed honoratores Eclesiae Cathedralis Presbiteri cum Parochi Urbis. Hinc mirum non est, quod Episcopi hodie vix unquam meminerint Senatus sui, aut Presbiteri in Dioecesis sue negotiis gerendis; nam Canonici, ut verbis eiusdem Auctoris iterum utar, ex omnibus Eclesiae functionibus non sacrificia, non sacramentorum, non doctrinae, non catecheseom, non verbi Dei ministerium, sed munus, sanctum quidem, his tamen longè inferius, eclesiasticum tantum asceruerunt, qui soli olim infinitis Clericis reservabatur; unde et Concilium Romanum sub Gregorio Magno vetat Presbiteris, et Diaconis in Ecclesia cantare eo quod essent sanctioribus, et sublimioribus Officiis addicti. Haec si perspecta satis essent pluribus Canonici, non dedignarentur obire praestantiora ministeria eclesiastica munia, quia praeminenti loco sese existimant constitutos. Episcopi etiam libenter opera, et consilio Canonicorum uterantur, si eorum numero nemo adscriberetur, qui non coe-

48 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

teros omnes Dioecesis Clericos virtute , atque scientia praecceleret , sicuti decet Eclesiae Senatorem , atque Episcopi Consiliarium .

Quod ad iura , quae Capitulis Cathedralium Ecclesiarum hodie competit , attinet , nihil certi deponi potest ex decisionibus , quae in Corpore iuris extant ; cum referenda sint ad singulare Ecclesiarum iura , et tota res pendeat a conventionibus , et transactionibus , quibus compositae fuerunt contentiones plurimae inter Episcopos , et Capitula oboratae : hinc est quod in quibusdam Ecclesiis Episcopus , et Capitulum simul beneficia conferant , in aliis solus Episcopus , eoque negligente Capitulum : deinde quandoque Episcopus suffragium fert , ut Canonicus , non ut Praelatus , quandoque suffragium eius idem importat ac universi Capituli : proinde consulente sunt cuiusque Ecclesias statuta , consuetudines , et conventiones , et ad haec iura singulare referenda quamplurimae capita , quae in Corpore iuris continentur , qualia sunt exempli causa cap. 31. de Elect. in 6. 15. de Concess. Praebend. et Eccles. non vacant. 11. de Appellat. in 6.

Non immorabor in recensendis singulis h. tit. capitibus eo , quod plerique pertineant ad titulum de Reb. Ecclesiae alien. vel non . Nihilominus animadvertistam cap. 2. intelligi a Gonzalezio non de alienatione decimarum , aut alterius rei , sed de praesentatione ad beneficium , uti denotare videtur integra illius littera .

In cap. 9. tributatur Dienisio Papae tributio , et limitatio Parochiarum ; coeterum sustineri hoc non posse contendit Berardus in *Decretum Gratiani* tom. 2. cap. 22. de quo forsitan alibi opportunius .

TITULUS XI.

49

TITULUS XL

De iis , quae fiunt a maiore parte Capituli .

Plurimum consilium validius esse aiebat Appolonius ; unde in Capitulis Cathedralibus , coeterisque Conventibus , in quibus res numero suffragiorum definita , id praevalere debet , quod maior pars decreverit . Verum cum possit contingere , quod pauciorum sententia pluris facienda sit ob eorum dignitates , et merita , hinc traditum fuit non sufficere maiorem partem , nisi sit simul et senior ; idque in multis iuris locis statutum : sed Bonifacius VIII. contentiones , quae hiac oriebantur , sedare cupiens , maiorem partem praeferriri semper voluit , ut diximus in lib. 1. tit. de Elect. et elect. potest . Sunt tamen nonnulla negotia , in quibus requiritur consensus omnium , quin sufficiat suffragium maioris partis , licet et senior ipsa sit ; succeditque tunc regula iuris : *quod omnes tangit ab omnibus debet approbari* . Ut sciatur quando hoc accidat animadvertisandum est ex negotiis aliquo spectare plures , ut universos , sive ut Collegium , aut Capitulum componentes , alia ut singulos , quod verbi causa agatur in eis principaliiter de singulorum interesse : in primis maior pars reppresentat totum Collegium , trahitque ad se , vel absorbet , ut ita me expediatur , minorem , etiam si ea contradicat ; in secundis vero requiriunt omnium , et singulorum consensus .

Tom. II.

G

Tl-

TITULUS XII.

Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Beneficia pluribus modis pati possunt diminutionem. Non de illa hic quaestio est, quae contingit quoties legitimata auctoritate ex uno duo fiunt in perpetuum, sed tantum de diminutionibus, quae fiunt uno, eademque manente beneficio. Id accidit in primis si beneficium duobus simul conferatur; quod prohibitum est, nisi ob Ecclesiae utilitatem, aut necessitatem in singularibus aliquibus adiunctis permittatur auctoritate necessaria. Sic in Civitate Rodensi constituti fuere duo Episcopi, Graecus nomenpe, et Latinus, ob residentes ibidem utriusque Plaque Nationes; licet Innocentius III. alind in simili casu statuerit, quando nimurum potissimum fuere Latini Urbe Constantinopolitanis, cap. 12. de Officio Iudicis Ordinis, nam in Concilio Lateranensi anni 1215. statuit, ut in Civitatibus, aut Dioecesis, in quibus permixti forent Populi diversarum linguarum, habentes sub una fide diversos ritus, et mores, Pontifices eorum, hoc est Episcopi, providerent viros idoneos, qui secundum diversitatem rituum, et linguarum celebrarent illis divina officia. Deinde vero prohibitum omnino, quod una, eademque Civitas, aut Dioecesis diversos Pontifices haberet, tanquam unum corpus duo capita, quasi monstrum. Sed si propter praedictas causas urgentes necessitas postularet a Pontifice loci Catholicum Praesulem, Nationibus illis conformem, Vicarium sibi constitui voluit, qui ei in omnibus esset subjectus, et obediens. Ob Ecclesiae utilitatem permissos etiam legimus duos Episcopos in Africa tempore Donatistarum, Catholicum nemp, et conversum cum sua piebe à schismate, cap. 1. de

TITULUS XII. 51

de Paracclis. Praeter hos autem, aut similes casus, unum beneficium duobus tribui nequit.

Prohibitum aequum est, quod collator sibi, aut ali partem fructuum reservet, nisi legitimo modo pensio apponatur, aut assignetur Coadiutori certa proventuum pars, circa quod repetenda sunt quae iam adnotavimus.

Sinodus Trident. in sess. 24. de Reform. cap. 14. ait in pluribus Ecclesiis, tam Cathedralibus, quam Collegiatis, et Parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari, ut in electione, presentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admissione ad possessionem aliquius Ecclesiae Cathedralis, vel beneficii, canoniciatum, aut praebendatum, vel partem proventuum, seu ad distributions quotidianas, certae conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationes illicite, aut etiam, quae in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum luera, interponantur; haec ergo detestans, mandat Episcopis, ut quaecunque huiusmodi in usus piis non convertuntur, atque ingressus eos, qui simoniae labis, aut sordidae avaritiae, suspicionem habent, fieri non permittant. Deinde constitutiones, et consuetudines praedictas ab eis diligenter cognoscet vult, atque aboleri, illis exceptis, quas ut laudabiles probaverint. Tandem adversus transgressores innovat poenam in iure adversus simoniaeos statutas.

S. Pius V. in Constitutione Durum nimis anni 1570. declaravit iuramenta super haec facta non tenere, addiditique praedictis poenam suspensionis ab officio Pontificali in Episcopos delinquentes, donec, satisfactione prævia, ea à Sede Apostolica relaxetur: Capitula subjecti interdicto; singulares vero personas excommunicationi, à qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam à S. Pontifice absolviri nequeant.

G 2 In-

52 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

Innocentius XII. in Constitutione *Eclesias anni 1695*. adiunxit poenas privationis dignitatum, praebendarum, canonicatum, aliorumque beneficiorum, ipso facto absque alia declaratione incurriendas: in Regulares autem privationis vocis activae, et passivae, graduum, et officiorum omnium obtentorum, et perpetuae inhabilitatis ad illa, vel alia, similia, vel dissimilia in posterum obtineenda. Prohibuit quoque sub iisdem poenis quascunque conventiones, etiam iuratas, factas absque auctoritate Apostolica ante provisionem Eclesiarum, seu Monasteriorum, eas irritas declarans.

TITULUS XIII.

De Rebus Eclesiae alienandis, vel non.

Auctus post persecutio[n]es bonorum eccl[esiastico]rum numerus, nonnullorumque Episcoporum abusus in eorum dispensatione in causa fuerunt, ut prohiberetur stricte bonorum Eclesiae alienatio. Quoniam tempore hoc primo factum fuerit non satis constat: appareat sanè haec prohibito[n] in cap. 1. de *Iis*, quae fiunt à *Praelato*: sine consensu Capituli, sub nomine Concilii apud Valentiam, quod nonnulli intelligunt de Valentino anni 374. Extat quoque in Decreto Gratiani canon Leonis Papae, nempe 52. cap. 12. q. 2. in quo decernitur ne quis Episcopus de rebus Eclesiae sua quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, et cum totius Cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum Eclesiae: creditumque vulgo fuit hanc legem fuisse editam à Leone Magno: verum eruditus aliud ex utroque textu arbitrantur, de quo videri potest Van-Espenius *Iuris Eclesiast. Univers. part. 2. tit. 36. cap. 3. n. 4. et seqq.* ubi inveniuntur ar-

TITULUS XIII.

53

argumenta, quae dubitationem ingerunt circa eorum legitimitatem. Facilius ab eisdem admittitur prohibito[n] Concilii Carthagin. V. quod alii IV. appellant, cum utrumque habitum fuerit anno 398.⁽¹⁾: eius autem canon 26. ita refertur à Gratiano in *can. 39. caus. 17. quaest. 4.* Nullus res Eclesiae distractus. Quod si redditus non habet, et aliqua nimia necessitas cogit, hanc insinuandum esse Primi ipsius Provinciae censemus, ut cum statuto numero Episcoporum, utrum faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta urget necessitas Eclesiae, ut non possit ante Primatem consulere, saltem vicinos testes convocet Episcopos, curans ad Concilium referre omnem Ecclesiae necessitatem. Quod si non fecerit, Reus Deo, et sancto Concilio venditor honore amissu[m] teneatur. Adiungi etiam queunt Constitutiones Imperatoria[rum] Leonis, Anastasi, et Iustiniani, quae extant in Codice.

Posterioribus sacculis frequentissimae fuerunt hac de re sanctiones; quas omnes ita accipere oportet, ut veritas per eas dicamus non solum alienationes veras, sed et conventiones omnes, quibus Eclesia amitteret rerum suarum emolumentum; nam scopus prohibitionis is est, quod res Ecclesiae salvae manente ad cultum divinum, Ministrorumque sustentationem. Et quidem laborarunt maximè Interpretes circa intellectum *capitis 5. b. sit.* in quo exponuntur quid veniat nomine alienationis; turbabantur enim valde in prospectu verbi conditionem, quod ibidem legitur, dum dicitur nulli licere alienare rem im-

mo-

(1) Dicitur communiter Concilium Carthagin. IV. illud ducentorum quatuordecim Episcoporum, quod Augustinus universale appellat, et habitum fuit in fine anni 398. Provinciale vero aliud septuaginta trium Episcoporum nuncupatur vulgo V. quoniam constet istud coactum fuisse mense Maio eiusdem anni. Praesedit utrique Aurelius Carthaginensis. Prohibitio memorata legitur in *can. 32. Concilii dicti IV.*

54 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

mobilem Ecclesiae , sive agrum , sive rusticum mancipium , neque specialis hypothecae titulo obligare: alienationem autem verbum continere conditionem , donationem , venditionem , permutationem , et emphyteuticam perpetuum contractum : hodie vero existimant plerique delendam esse hanc vocem , cum non inveniatur in *Novella* 7. ex qua verius est presumptum fuisse hoc caput .

Coeterum existimandum non est rerum Ecclesiae alienationem ita esse prohibitam , ut nullo in caso permittatur ; hoc enim et Ecclesiae ipsi foret exitiosum , et non semel laederet pietatem : statutum ergo sacris canonibus est prohibitionis locum non esse quoties necessitas , utilitas , aut pietas suadeat alienationem : ne tamen Praelati nimis faciles forent in huismodi causis dijudicandis , cautum simul fuit , solam eorum auctoritatem ad id minime sufficere , sed cum aliis hac de re illis esse agendum , et tunc iustam causam censendam cum tractatus de hoc habito talis decernatur ; et hoc significatur dum vulgo dicitur alienationem rerum ecclesiasticarum non valere nisi iusta causa , et debita solemnitas interveniat . Si quaeratur quinnam cum Episcopo huc tractatus interesse debeat , dicendum est non eandem fuisse hac in re Ecclesiae disciplinam . Plura antiqua monumenta ostendunt hanc discussionem fieri olim debuisse , saltem in quibusdam Provinciis , in Concilio Provinciali , quoties nimurum de rerum spectabilium alienatione ageretur : extant apud Gratianum canones Concilii Agathensis sub initium saeculi sexti , qui idem demonstrant , dummodo vulgari lectioni subrogetur illa , quae à Berardo praefigitur . Statuerunt Patres in *can. 1. caus. 10. q. 2.* non licere Episcopo vendere , aut aliter alienare res Ecclesiae , moderantur deinde generali hanc regulam in *§. 2. canonis 3. eiusd. eau. et quæst.* qui deductus est ex eodem Concilio , etiam iuxta Correctores Romanos ,

VO-

TITULUS XIII.

55

voluntate , ut , si necessitas , aut utilitas alienationem exigere videatur , discutiatur causa apud duos , aut tres Comprovinciales , aut vicinos Episcopos : denique in *can. 53. eau. 12. q. 2.* aiunt licet Episcopo terrellas , aut vineolas exiguis , et Ecclesiae minus utilles , distrahere sine concilio Fratrum , hoc est Comprovincialium , quorum nuper meminerant . In Decreto Gratiani legiūt sine consilio Fratrum ; uide deduxerunt Interpretes , Episcopum alienare posse liberè , et absque ulla solemnitate , res ecclesiasticas parvi ponderis : coeterum ita restituat lectio ostendit quantum distet haec opinio à Patrum Agathensem mente : nihilominus prævaluuit vulgaris Interpretum sententia , recepimusque generaliter est , ut res magni momenti cum consensu Capituli , coeteras autem liberè alienare valeant Episcopi .

Immutata posterius haec disciplina fuit per Constitutionem Pauli II. que referitur in *cap. un. b. tit. inter Extravag. com.* aliasque posteriores , in quibus statutum est nullum Praelatum , sive Saecularem , siue Regularem , alienare posse bona Ecclesiarum absque S. Pontificis licentia . Verum sanctionibus huismodi apud nos locus non est , cum omnia Ecclesiarum bona constituta sint sub speciali Regum nostrorum protectione , et cura , utpote ab eorundem liberalitate uplirum venientia .

Iuxta veterum canonum præscriptum Episcopus absque necessitate , aut debita solemnitate res Ecclesiae alienas veniebat deponendus : verum in *cap. 5. b. tit.* tantum fit mentio poenarum Leoninæ Constitutionis , nimurum legis 14. C. de *Sacrosanct. Ecclesiis* , in qua Imperatores Leo , et Anthemius in Constantinopolitanæ Ecclesiae gratiam omnem ferè rerum ad eam pertinentium alienationem prohibuerunt , sub pena nullitatis , insuper addentes eum , qui rem huismodi per venditionem , permutationem , aut alium contractum , adquisierit , et rem , et pretium amissu-

su-

surum , ita ut hoc in utilitatem cederet Ecclesiae , et nihilominus , Episcopum , aut Oeconomum , qui alienavit , eorumque haeredes cogendos indemnitati Ecclesiae laesae consulere . Coeterum has poenas neutiquam sufficere censuit Paulus II . temerariae alienacionis facilitati coercedae , aliasque eisdem addidit in predicta Constitutione .

Hucusque exposita intelligenda sunt de Ecclesiis ipsarum bonis . Ministri alienare neutiquam possunt bona , in quibus beneficiorum , aut praebendarum snarum dos consistit : imo neque licet eis alienare fructus ad vitam , vel ad longum tempus , recepta ab emptore per unam , vel per plures solutiones pecuniarum quantitate , quam ipsi beneficiati per eiusdem temporis , vel vitae spatiū probabiliter consequi possint , sub poena nullitatis actus , et excommunicationis , praeter alias in bona Ecclesiae alienantes in iure inflictas , ex Constitutione Benedicti XIV . *Universalis Ecclesiae , anni 1741.*

Propositus regulis minimè obssistit canon 20 . c . 12 . g . 2 . qui continet specialem Romanæ Ecclesiae disciplinam occasione schismatis Laurentiani temporibus Papae Simachii oborti ; cum enim Antipapa objiceret Simachio , inter alia , bona Ecclesiae sub eo fore dilapidanda , urgente ipso S . Pontifice statuit Sinodus , ex qua desumptus fuit hic canon , non licere Papae praedium Ecclesiae alienare aliquo modo pro aliqua necessitate , nec in usumfructu rura dare : et quavis in fine addatur hoc non modò in Apostolica servandum esse Ecclesia , verum etiam universi Ecclesiis per Provincias convenire , coeterum notarunt Correctores Romani haec verba à Gratiano apposita in Sinodo non reperiri ; imo econtra haec alia in ea legi : *Huius autem constitutionis legem in Apostolica tantum volumen Sede servari , universis Ecclesiis per Provincias , secundum animarum considerationem , quem proposito Religionis convenire Rectores eorum*

viderint , more servato . Nec alii obstant , in quibus mentio fit licentiae à S . Pontifice postulatae ante Pauli II . aetatem ; contigit euim nonnunquam quod Episcopi malent Seden Apostolicam adire , ne Capituli sui consensum exquirere cogerentur .

TITULUS XIV.

De Precariis.

Alienationis nomine comprehenduntur actus omnes , per quos transfertur dominium : coeterum animadvertisimus superioris in lege circa alienationem statuta contineri quoque illos ex mente Ecclesiae , per quos , licet dominium nona transferatur , privatur tamen Ecclesia aliquo emolumento . Contingit hoc praincipiū in concessionē Preciariorum , qua fiebat , ut Clerico , vel Laico tribueretur usus , aut ususfructus rerum ecclesiasticarum ad vitam , vel ad brevius tempus ; valdeque frequens erat labente saeculo quinto , et decurrente sexto iuxta Cabassutum ad canonem 59 . Concilii Agathensis ; unde et meminierunt Preciariorum Concilia Epaonense , Aurelianense I . Meldense , Rhemense , Moguntinum , et alia . Concedebarunt primū illis , qui bona sua Ecclesiis donaverant ; sed deinde extensa etiam extra hunc casum , ad eum denique abusum perductae fuerunt , ut aboleri omnino debuerint ; nam saepenumero contingebat ait predictus Auctor , ut res Ecclesiae hac ratione vel praescriberentur , vel ad haeredes , et successores possessorum sensim transmiserentur , ac in perpetuum alienarentur . Renovabantur de quinquennio in quinquennium , et certa etiam pensio quandoque Ecclesiae solvebatur , ne ins suum amitteret . Patet ex his quantum distarent precarie à contractu precarii , de quo sermo est in cap . ult . b . tit . et in quo tandem res aliqui conceditur , quandiu con-

N^o 58 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

cedentis placuerit, cum precariae revocandae non sint pro voluntate concedentium, ut ait Gregorius IX. in praedicto capite.

TITULUS XV.

De Commodato.

Longam contractuum tractationem in hoc, et sequentibus Titulis contexere facilissimum foret; sed, ni fallor, aequa supervacaneum, cum Canonum cultor didicisse praesumendum sit generales contractuum regulas, dum iuri civili navabat operam, coeteri vero, quos nostris vigiliis frui contigerit, habeant quampiuromos hac de re tractatus: idcirco illa solum tradam, quae in cunctis Tituli capitibus continentur, quaque cuiusque contractus naturae, atque proprietatibus exhibendis sufficient.

Commodatum contractus est ex his, in quibus re contrahitur obligatio; hoc est, in quibus, praeter consensum, requiritur rei datus, aut interventione, ut obligatio oriatur; idque in eo agitur, ut res alicui gratis certo modo utenda tradatur. In Precario aequa utenda res gratis datur, sed simpliciter, non certo modo, aut ad certum usum; in eo que differt a Commodo; uti et in eo quod commodans ante finitum usum rem petere nequent, cum qui Precario eam habet quandoconque petenti domino reddere debeat. Deinde in eo quod gratis res in eo utenda detur, differt Commodatum a locatione, et conductione.

Tandem in Commodo res utenda datur, cum in deposito custodienda tradatur: neque dominium, aut possessio in Commodatarium transit, cum in multo res fiat mutatarii cum obligatione tantundem reddendi: unde Commodatarius re uti debet salvā eius substantiā, eandemque restituere tenetur finito us-

In

TITULUS LXV.

In cap. un. b. tit. exponit Gregorius IX. triam illam in iure regulam, iuxta quam Commodatarius tenetur de culpa levissima, seu, quod idem est, praestare debet exactissimam diligentiam; ex eo, quod in hoc contractu regulariter recipiunt tantum utilitas vertatur. De casu autem fortuito non tenetur, nisi sua culpa acciderit; pactio sese obligavit, aut illum sustinere; aut moram in re finito usum restituenda committerit. Denique ait commodantem rem a Commodatario exigere non posse ante finitum usum.

TITULUS XVI.

De Deposito.

Allia ex obligationibus, quae re contrahuntur, est ex deposito, quod definitur contractus, in quo res alicui, qui gratis hanc operam suscipiat, custodienda datur. Hinc depositarius re apud se deposita uti nequit.

Depositarius tantum de solo tenetur, et de culpa lata, que dicitur illi proxima; non vero de culpa levi, aut levissima, nisi deposito se obtulerit, aut pretium illi solvatur: casum vero fortuitum tunc praestabit cum pactio se obligaverit, culpa causum praecesserit, aut morosus fuerit in depositae rei restitutione, quam reddere deponenti debet quandoconque reposcenti, quin objicere queat compensationem; ne contractus, qui a bona fide oritur ad perfidiam referatur. Haec Gregorii IX. sententia in cap. a. b. tit. intelligenda est de extrajudiciali deposito; nam aliud observatur in judiciali, quod appellatur sequestrum, et de quo diximus in lib. 2.

Quaeri solet utrum depositarius ante statutum tempus absque iusta causa deposito liberare valeat rem deponenti restituendo, quemadmodum li-

H 2 be-

berum est deponenti quovis tempore eam repeteret, et quidem aequalitas in contractibus servanda id suadere videtur: verum cum depositum in utilitatem ordinetur deponentis, ex eademque totum aestimetur, admittendum id aentiquam est. Sanè si damnum depositario causa depositi contingat, eius indemnitatē consulere debet deponens, ad idque cogetur actione depositi contraria, quae tributum depositario, quemadmodum deponenti directa.

In cap. x. decernit Alexander III. pecuniam apud Clericum depositam repeti ab Ecclesia non posse, nisi in eiusdem utilitatem conversa sit.

TITULUS XVII.

De Emptione, et venditione.

Emptio, et venditio contractus est, quo id agitur, ut pro certa pecunia uni danda alter rem accipiat. Ex his est, in quibus consensu contrahi obligatio dicitur, hoc est in quibus nullius rei intervencio requiritur ad producendam obligationem, et actionem, dummodo de re, et pretio contrahentes convenerint; tunc enim perfectus iam est contractus, oriturque emptori actio ex empto, venditori autem ex vendito, quibus invicem sese compellant contractum consumare; id est venditor rem tradere, et emptor pretium convenutum solvere. Sanè si contrahentes id voluerint, ut non aliter valeret venditio, quam si in scripturam redigeretur, perfecta minima dicetur sola conventione de re, et pretio: idem venit dicendum de contractu conditionali.

Cum Dei O. M. clementia ita universa ordinaverit, ut neque omnis omnia tellus ferat, neque iisdem, sive corporis, sive animi, dotibus praediti sint omnes, ad servandam nimurum, fovendamque muniam inter homines charitatem; induci necessa-

riō

rio debuit rerum, quibus quisque abundaret, communicatio aliis ea lege facta, ut ipse quoque invicem alias alteri traderet, quibus ille indigere. Et quidem ante signatae pecunias, aut numismatum inventionem, permutatione sola id fiebat, quam proinde merito appellat Hugo Grotius antiquissimum commercii genus: eique consonat illud Servii: *Mutabant merces, quia antiqui res rebus mutabant.* Deinde ad avertendam permutationum difficultatem, atque incommoda, inventi sunt numi, quibus res omnes aestimantur, quique singulas earum representant; prodilque inde emptio, et venditio, cuius ope et facilis quisque sibi necessaria comparat, et commodius servatur utrinque aequalitas requisita. Hoc tamen non est ita strictè accipendum, ut quaelibet inaequalitas venditioni officere praesumatur; ne aliqui mutua haec communicatio minima coercerentur, et infinita praeterea litium multitudo oriatur: statutae proinde in id sunt à iure sequentes regulæ.

Cum quilibet contrahtentum conditionem suam meliorem facere in omnibus contractibus intendat, rescindi non debent ob modicam deceptionem; si autem ea ultra dimidium iusti pretii contingat, consultur à legibus decepto. Et quidem, si venditor sit, agere valet, ut pretium suppleatur, aut res tradito pretio restituatur: alterutrum vero petere nequit, cum electio emptori competat, *cap. 3. b. tit. cui omnino consonat lex 1. lib. 5. tit. 11. Nov. Recop.* Huic actioni rescissoriae locus non est iuxta leges Regias, si artis cuiusque periti in rebus ad eam spectantibus se laeos ultra dimidium dicant; *leg. 3. eod. aut si in eos intentetur, qui rem emere compulsi sunt in casu, in quo fieri licet in favorem Fisci, leg. 6.*

Competit etiam in casu laesiones aliud remedium, quoties nimurum probat enormousima, id est dimidium iusti pretii plurimi superans: et quidem hoc uberioris est, tum ex eo, quod intra viginti annos op-

62 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

opponi queat, cum actioni ultra dimidium, sive ob laesionem enormem, tantum locus sit intra quadriennium; tum etiam, quia dum recessio ob hanc contingit, nulla habetur fructuum ratio; quoties autem sit ob enormissimam restituendi sunt, tam extantes, quam consumpti, facta aqua horum aestimatione.

Non solùm in mutuo, sed et in aliis contractibus locus usurrae est, uti accedit in specie, quae proponitur in cap. 5. cum tamen agendum de hoc sit in lib. 5. consulto hic praetermitto.

Emptori vendorum tenetur de evictione ex natura contractus; liberabitur autem, si institutam litem ab alio venditori emptor tempore opportuno non nunciaverit; si contumaciter absuerit, aut aliter ob suam iniuriam damnatus fuerit cap. ultim. Locus huic actioni est in aliis contractibus praeter venditionem; atque haec omnia convenient nostris legibus.

Ius eos puniendi, qui non iusti mensuris, ac ponderibus in rerum venditione utuntur, in omnibus Regionibus ludicribus competit Regiis, ac Politicis; quapropter nullibi locus est decisionibus, quae in cap. 1. et 2. b. tit. continentur.

TITULUS XVIII.

De Locato, et conducto.

Proxima emptioni, et venditioni est locatio conductio; in plurimis enim convenient, licet in quibusdam differant; et sicut in emptione id agimus ut pro pretio certo dominium rei alienae assequamur, ita in locatione, et conductione intendimus consequi operam personae, aut alienae rei usum, sive solum, sive cum fructu iunctum: proindeque definitur contractus, in quo id agitur, ut pro usu alicuius rei,

aut

TITULUS XVIII.

63

aut opera personas certa merces praestetur. Quod ad rem nostram attinet illud est, ad, et quatenus continetur locatio sub prohibita rerum ecclesiasticarum alienatione. Distingui vulgo solet inter locaciones ad longum tempus factas, et eas, quae ad modicum peraguntur: continentur primae in prohibitione, non aeque secundae: coeterum non ita planum est quodnam tempus dicatur in hac re longum: sane in locis, in quibus *Extravagans Pauli II. un. de Rebus Eccles. alien. vel non*, recepta est, dicetur tempus longum quod extenditur ultra trienium, expressè enim in ea prohibetur locatio ultra hoc spatium: in aliis Regionibus standum erit receptio consuetudinibus. Concilium Trident. in sess. 25. cap. VI. vetuit quidem locationes triginta annorum; coeterarum non meminit. Dationes ad firmam, quo nomine intellexerunt Scriptores temporis medi locaciones in longissimum tempus, haud dubio comprehenduntur in prohibitione; uti et emphiteusis perpetua.

Multitudo studentium, qui undique confluabant ad Civitatem Bononiensem studiorum causa temporibus Clementis III. in causa fuit, ut ederetur constitutio circa conductiones domum, quae refertur in cap. 1. b. tit. Gregorius IX. in cap. 3. exprimit causam, in quibus expelli inquilinus potest ante finitum conductionis tempus: qua in re servanda apud nos sunt leges cuiusque Oppidi municipales. Sermo quoque in eodem capite est de remittenda conductori pensione propter sterilitatem; quod et apud nos observatur in certis adiunctis, de quo videri potest D. Covarrubias in *Practicis quaest. cap. 30.* Tandem in cap. ult. ait idem S. Pontifex emphiteutam Ecclesiae iuste expelli posse, si per biennium in solutione canonis cessaverit, nisi postmodum celeri satisfactione sibi consulere studuisse, vel si praeassumperit meliorationes, et ius sibi competens alii vendere, Ecclesia prius non requisita, eique nunciato quantum

64 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

tum sibi ab aliis offerretur , praestitoque insuper Ecclesiae duorum mensium spatio ad deliberandum.

TITULUS XIX.

De Rerum permutatione.

Solemnitas, quae praescribitur ad rerum ecclasiasticarum alienationem, necessaria non minus est ad eorum permutationem, quae species est alienationis; et quidem omnium antiquissima, atque simplicissima, uti apparet ex his, quae innuimus in titulo *de emptione, et venditione.*

Permutari nequit spiritualis res cum temporali, cum ad committendam simoniam parum intersit an pecunia, vel res alia temporalis tribuatur pro spirituali, *cap. 9. b. tit.* Sed de hoc latius in *lib. 5.*

Si unum beneficium commutetur cum alio, proprie dici nequit simoniam adesse, cum utrinque res spiritualis conferatur, licet annexae ei sint et temporales: nihilominus in eis labem simoniae semper contineri dicitur in *cap. 5. b. tit.* maxime si pactio praemittatur, atque proxime fieri de iure non posse: quod de simonia iuris ecclasiastici intelligitur communiter: sed de hoc sermo erit in *lib. 5.* Sane accidente Episcopi auctoritate licitae habentur huiuscmodi beneficiorum, aut praebendarum permutations: licet enim S. Pius V. in *Constitutione Officium suspenderit Ordinariis ad tempus resignationes, et permutations beneficiorum admittendi auctoritatem*, usquedam ipse de eadem re opportunius statueret; deinde vero in *Constitutione posteriori*, quae incipit *Quanta, resignationibus* quidem certam praefixit formam, de permutationibus autem decrevit indefinitely admitti posse ab Ordinariis illas, quae canonicas sanctionibus, et Apostolicis constitutionibus permittuntur. Vid. Bened. XIV. de *Sinodo Diocesorum lib.*

TITULUS XIX.

65

lib. 3. cap. 24. Injunctum apud nos strictè est Indicibus Regiis, ut attente invigilente, ne illa Brevia, aut Bullae circa pensiones, resignationes, permutationes, dispensationes in re beneficiali, aut alia, quae directè, aut indirectè Concordatis cum Sede Apostolica initis contraria sint , mandentur executioni.

TITULUS XX.

De Feudis.

Scriptores plerique neglexerunt omnino feudorum iura, etiam cum de illis ipsis rebus agerent, quarum origo querenda esset in disciplina feudali; et haec incuria quamplures in historicis, atque politieis, peperit errores. Id aequi generaliter accommodari nequit illis, qui canonicas sanctiones suis luctationibus illustrarunt: puto tamen Citoribus canonum quoque necessariam esse saltem qualen qualem feudalium iurisprudentiae notitiam. Ego sane is non sum, qui explanare queam rem plurimis difficultatibus involutam, neque praesenti instituto congruerit longa de ea tractatio: tradam nihilominus scitu magis necessaria, admonitosque volui studiosos Adolescentes, ne errore ducti, in tenebris iam perpetuo hanc rem jacere debere arbitrentur, cum eius cognitio plurimum adiumenti afferat ad congiarium multarum ecclasiasticarum sanctionum intelligentiam.

Adduci in hanc rem opportune possent plura ex nostris legibus, praesertim ex toto *tit. 26. Part. 4.* in quo diversae feudorum species, iura, tum dominorum, tum vasallorum, casus, in quibus ius suum habent, atque alia hujusmodi traduntur: haec tamen, quae facilè praedicto loco, et alii, videbri possunt, praetermittimus, ut ipsam feudorum originem, paucis licet, scrutemur.

Efferati mores barbararum Gentium, quae uni-
Tom. II. ver-

versam Europam post Magni Theodosii obitum de vastardunt, primum in causa fuerunt, ut induceretur feudorum disciplina. Quandiu in pristinis suis Ditio-nibus, in Plagis nempe Septentrionalibus, manse-runt hae Nationes, neque subjectionis, neque pro-prietatis agnoverunt iura, uti conjicere est de Gen-te litterarum, atque historicorum copia, penitus tunc temporis destituta, quaeque, belluarum potius more, quam hominum, in silvis incultis sine certis legibus degebat. Verum quando Romana dominia ingressi sunt, diviserunt terras, quas suae ditioni subjecerant; atque sic inducto proprietatis iure de-fensioni proprie mutuo consulere se debere agno-verunt, ne passim quaesiuis spoliarentur. Legibus li-
cet certis carerent, habebant nihilominus certos bel-li Duces, quos nimur strenua aliqua gesta com-mendassent: contingere autem debuit, ut illis maior terrarum portio in praedictis partitionibus tribueretur: cum vero cogere neutquam possent hi Duces Concives suos ad novam belli pericula tentanda, ha-bebant saltem, quibus eisdem invitarent; certos enim fundos concedere ipsis poterant. Apparet in iis concessionibus prima feudorum vestigia, quae successu temporum perfecta gradatim sunt, praesertim postquam Reges sibi eligere, eisdemque subjici-eoperunt: cum enim arcta nimis esset horum po-testas, facile Magnatibus fuit nomine feudorum plu-ri-ma ab eis extorquere; adeo namque eorum ambi-tio, atque petulantia creverant, ut etiam bona Ecclesias donata, imo et stipendia ipsa altaris, invitis pe-ne Regibus, quandoque hoc nomine occupasse per-hibeantur.

Mediis saeculis alia quoque occurrit ratio feuda-inducendi. Post mortem Caroli Magni Europae Di-tionibus turbatis, potentiorum vi, atque usurpatio-nibus, resistere non valebant inferiores; atque in his adiunctis quamplurimi securitati suae consuluerunt,

bona sua Magnati alicui tradendo in feudum, ut is invicem eos sua protectione defendenter, atque mu-niret. Patet autem hanc medelam uti praecipue Ecle-siam debuisse, cum non alia, quam orationis, ha-beat arma. Et quidem utilissimum hoc ipsi erat; ne tamen Praelati hac occasione potestate sua abuterentur, congruum in concessione fendi fuit eadem statuere, quae diximus de reliquis alienationis spe-ciebus.

In cap. 2. b. tit. exprimuntur casus, in quibus licet Praelatis à generali regula recedere, et feu-dum ab antiquo tempore constitutum de novo con-cedere: adstante nimurum Ecclesiae utilitate; consul-tus enim Innocentius III. ab Archiepiscopo Mediola-nensi an sibi licet de novo infundare, non ob-stante iuramento de non infundando de novo Roma-no Pontifice inconsulto, si ob mortem vasalli feudum rediret ad Ecclesiam; si à vasallo feudum alienari contingeret, et de eiusdem filio, aut consanguineo, simulque in feudo consorte, in eo investiendo age-retur; aut tandem si feudum reperiretur ita aliena-tum, ut ab Ecclesia recuperari non posset aliter quam alicui Laico illud tribuendo; respondit novam infeudationem in his casibus fieri posse: intelligendum verò id est adstante evidenti utilitate Ecclesiae ne con-trarietur Extravag. un. de rebus Ecclesiasticis alien. vel yon inter com. eademque cautela adhibenda, ni fal-lor, venit in conspectu legis 3. Part. 4. tit. 26. in qua novae tantum infeudationes Praelatis Ecclesiasti-cis prohibentur.

Datio in pignus, quanvis non sit alienatio, com-prehenditur nihilominus sub regula rerum ecclesiasti-

carum alienationem vetante; tum, quia est dispos-
tio quaedam ad alienationem, cum possit creditor
pignus distrahere, si tempore in conventione statu-
to solutio ipsi non fiat; tum etiam quod Ecclesia in-
terim usu rei pignoratae careat. Sane non in qua-
libet pignoris constitutione hoc accidit, cum consti-
tuat etiam valent nuda conventione absque traditione:
cum tamen creditor ius in rem adquirat simul ac
placuit eam pignori obligatam esse, licet possessio-
nem nondum accepit, aequè prohibere dicetur hu-
iusmodi conventio, ac propriè dicta pignoris datio.

Deinde que de pignore dicimus intelligenda
sunt de hypothecae constitutione, qua maius adhuc
gravamen inferri Ecclesiae posset, cum idem quadam
hoc sit hypotheca in rebus immobilibus, ac pignus
in mobilibus.

Rescribitur in cap. 6. creditorem computare debere
in sortem principalem fructus ex re pignorata
perceptos; nam alias usuram committeret, ut
dicemus in lib. 5.

In cap. 3. compellendum ait Alexander III. haec
redem Episcopi rem Ecclesiae restituere, quae à de-
functo pignori obligata fuerat pro sua necessitate,
cum indignum sit, ut Ecclesiae res suae taliter de-
beant depere.

Aequè prohibentur in hoc titulo aliae cautiones,
et conventiones, quibus damnum Ecclesiae inferatur,
veluti concessio ususfructus, et aliae huiusmodi.

TITULUS XXII.

De Fideiussoribus.

Non tantum obligationibus principalibus, sed
etiam accessoriis, quais est fideiussoria, ingeri potest
damnum Ecclesiae: quapropter etiam istae con-
tinguntur in prohibitione generali.

F.

Fideiussor ille est, qui quod aliud debet sua
esse iubet; et quidem interposita stipulatione iuxta
legum Romanarum praeceptum. Dicunt aequè ad-
promissor, diversus in eo ab expromissore, quod
hic, licet etiam ipse pro alio obligetur, novandi ani-
mo alienam obligationem ad se transmittat, cum fi-
deiussoris, aut ad promissoris accessione non libera-
tur principalis, sed nihilominus obligatus maneat.
Sunt praeterea alii, qui pro alio obligantur, veluti
qui mandat pecuniam aliqui credi, aut qui quod aliud
debet se solutum constituit nudo pacto. Parum au-
tem interest quoniam ex his modis Ecclesia obligetur,
ut comprehensi omnes, aut alii similes dicantur in
prohibitione, regulisque huius tituli.

Hac occasione queritur in hoc titulo, an Cleri-
ci possint fideiubere. Verbo dixerim. Prohibentur
Clerici fideiussoribus operam dare, sive lucri cap-
tandi causa faciant, quod certè turpissimum foret,
sive absque ulla lucri spe id faciant: nam adhuc ver-
rum foret, eos negotiis saecularibus immisceri, at-
que à cultu divino averti, cui continuò debent in-
cumbere: possunt autem intuitu pietatis nonnunquam
fideiubere, et plurimum apud Deum promereri.

Coetera, que in hoc titulo continetur, nulla
indigent explanatione.

TITULUS XXIII.

De Solutionibus.

Familiare in iure est, quod, post rationum, quibus res queaque constituantur, expositionem, modi tra-
dantur, per quos eadem dissolvuntur: præcipua autem distraendarum obligationum ratio est solutio,
propriè scilicet, et specialiter sumpta pro naturali
praestatione eius, quod debetur; nam sumitur etiam
generaliter pro qualunque liberatione, eoque sensu
com-

70 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

comprehendit modos omnes, seu causas, quibus liberatio ab obligationis nexus contingere potest, sive ipso iure, sive ope exceptionis.

Et quidem latè satis se extendit eius materia, etiam ad solutionem in specie sermo contrahatur: pluries enim dubium est an rectè facta dicenda solutio sit, vel quia simul, et semel totum, quod debet batur, solutum non est, vel quia aestimatio pro re, aut aliud pro alio altero invito creditore solvitur, vel tandem quod solutionem oblatam accipere creditor recusaverit: at in tituli capitibus tria resolvuntur: primum; successorem in beneficio, aut Ecclesiae, teneri solvere debita, quae contraxit predecessor ratione Ecclesiae, minimè autem coetera: secundum; Clericum, qui solvendo non est, non idè esse excommunicandum, aut alia vexā afficiendum, quavis compelli queat cavarē se soluturum, si ad pinguiorū fortunam devenerit: tertium denique; ei, qui indebet solvisse asserit, probationem incumbere, nisi ille, cui solutum est, inficietur solutionem, et convincatur.

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

Prohibentur Episcopii res Ecclesiae donare, praeter casus, et formam, in quibus alienationem licere diximus. Excipiuntur donationes modicas, quae vix ullum inducunt gravamen. Receptum quoque est, quod Episcopus elargi valeat quinquagesimam redditum partem ad Monasterii novi erectionem, aut centesimam ad amplificationem illius Ecclesiae, in quae sibi sepulturam elegerit; sed ea cautelā servata, ut unam tanummodo, quae placuerit ex his duabus, remunerationem assumat; et sub ea pariter conditio ne, nisi magnum ex eo damnum Ecclesiae inferatur,

.J.ATI TITULUS XXIV. 71

tur, cap. 9. b. tit. nam etsi prima facie presumatur, ait in eo Innocentius III. quod collatio quinqua gesimae, vel centesimae partis grave non inferat detrimentum, quia tamen non solum si saepè, sed etiam si semel id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum valde damnum, nec quinquagesima, nec centesima semel, aut successive debet cum gravi Ecclesiae damno conferri. Quid verò si in tantum abundet Episcopus, ut sine damno Ecclesiae suae possit amplius etiam quam per quinquagesimam, vel centesimam partem necessitatì alterius Ecclesiae subvenire? Nihilominus sine S. Pontificis auctoritate Episcopum praeditam summatim à canone praefinitam excedere non posse respondet idem Innocentius III. quia nimur per eam incaute largiri volentibus est occursum: nomine autem canonis designat statutum Concilii Toletani IX. relatum à Gratiano in canone 4. cap. 12. q. 2. in quo praedicta quinquagesima, aut centesimae partis praefatio continetur. Habenda etiam est ratio receptarum in Regione con stitudinum, cap. 3. b. tit.

Leges nostræ inter plura alia saluberrima illud ad bonorum ecclesiasticorum conservationem statuerunt, ut Episcopis in ingressu, ea confecto, coram Capitulo inventario, traducant simul cum privilegiorum, actionumque, tam activarum, quam passivarum ratione; ex quibus discere successor possit an quidquam contra ius fuerit alienatum. Si forte hoc contigerit, repete Praelatum posse decernitur ab emptore rem ita alienatam: quoad pretii autem restitutionem haec regula praefiniatur, ut, si in re Ecclesiae versum sit, restituì emptori tantundem debat ex bonis Ecclesiae; sin minus, facienda restitu tio sit ex propriis illius bonis, qui alienavit, aut haeredibus suorum, leg. 6. lib. 1. tit. 2. Nov. Recop.

Dicinde, quoad donationes ex rebus ecclesiasticis ab Episcopis factas eadem statuantur in legibus 4. et

70 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

comprehendit modos omnes, seu causas, quibus liberatio ab obligationis nexus contingere potest, sive ipso iure, sive ope exceptionis.

Et quidem latè satis se extendit eius materia, etiam ad solutionem in specie sermo contrahatur: pluries enim dubium est an rectè facta dicenda solutio sit, vel quia simul, et semel totum, quod debet batur, solutum non est, vel quia aestimatio pro re, aut aliud pro alio altero invito creditore solvitur, vel tandem quod solutionem oblatam accipere creditor recusaverit: at in tituli capitibus tria resolvuntur: primum; successorem in beneficio, aut Ecclesie, teneri solvere debita, quae contraxit predecessor ratione Ecclesiae, minimè autem coetera: secundum; Clericum, qui solvendo non est, non idè esse excommunicandum, aut alia vexâ afficiendum, quavis compelli queat cavaré se soluturum, si ad pinguiorū fortunam devenerit: tertium denique; ei, qui indebet solvisse asserit, probationem incumbere, nisi ille, cui solutum est, inficietur solutionem, et convincatur.

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

Prohibentur Episcopii res Ecclesiae donare, praeter casus, et formam, in quibus alienationem licere diximus. Excipiuntur donationes modicas, quae vix ullum inducunt gravamen. Receptum quoque est, quod Episcopus elargi valeat quinquagesimam redditum partem ad Monasterii novi erectionem, aut centesimam ad amplificationem illius Ecclesiae, in quā sibi sepulturam elegerit; sed ea cautelâ servata, ut unam tanummodo, quae placuerit ex his duabus, remunerationem assumat; et sub ea pariter conditio ne, nisi magnum ex eo damnum Ecclesiae inferatur,

TITULUS XXIV.

71

tur, cap. 9. b. tit. nam etsi prima facie presumatur, ait in eo Innocentius III. quod collatio quinqua gesimæ, vel centesimæ partis grave non inferat detrimentum, quia tamen non solum si saepè, sed etiam si semel id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum valde damnum, nec quinquagesima, nec centesima semel, aut successive debet cum gravi Ecclesiae damno conferri. Quid vero si in tantum abundet Episcopus, ut sine damno Ecclesiae suae possit amplius etiam quam per quinquagesimam, vel centesimam partem necessitatì alterius Ecclesiac subvenire? Nihilominus sine S. Pontificis auctoritate Episcopum praeditam summatim à canone praefinitam excedere non posse respondet idem Innocentius III. quia nimur per eam incaute largiri volentibus est occursum: nomine autem canonis designat statutum Concilii Toletani IX. relatum à Gratiano in canone 4. cap. 12. q. 2. in quo praedicta quinquagesima, aut centesimæ partis praefatio continetur. Habenda etiam est ratio receptarum in Regione con stitudinum, cap. 3. b. tit.

Leges nostræ inter plura alia saluberrima illud ad bonorum ecclesiasticorum conservationem statuerunt, ut Episcopis in ingressu, ea confecto, coram Capitulo inventario, traducant simul cum privilegiorum, actionumque, tam activarum, quam passivarum ratione; ex quibus discere successor possit an quidquam contra ius fuerit alienatum. Si forte hoc contigerit, repete Praelatum posse decernitur ab emptore rem ita alienatam: quoad pretii autem restitutionem haec regula praefiniatur, ut, si in re Ecclesie versum sit, restituì emptori tantundem debet ex bonis Ecclesiae; sin minus, facienda restitu tio sit ex propriis illius bonis, qui alienavit, aut haeredibus suorum, leg. 6. lib. 1. tit. 2. Nov. Recop.

Dicinde, quoad donationes ex rebus ecclesiasticis ab Episcopis factas eadem statuantur in legibus 4. et

5.

s. tit. 14. part. 1. quae exposuimus ex Concilii Tolletani, et Innocentii III. sanctionibus; admonenturque pariter in eis Episcopi se rerum ecclastiarum non dominos esse, sed tantum procuratores, proindeque conditionem Eccliarum meliorari ab ipsis debere, deteriorem fieri non posse; quibus verbis adloquebatur Alexander III. Episcopum Parisiensem in rescripto, quod referuntur in *cap. 2. b. tit.*

TITULUS XXV.

De Peculio Clericorum.

Quamplurimae occurrent contentiones de peculio Clericorum, dum quaeritur an, et quatenus disponere de eo valeant inter vivos, aut in ultima voluntate. Et quidem longum foret recensere opiniones omnes, aut adversantium inter se sententiarum pondera omnia: illa ergo solum tradam, quae in re verissima, atque tutissima iudico, insuperabitis disputationibus, quae Interpretum vota divisorunt.

Peculium Clericorum duplex est, aliud conflatum ex redditibus ecclasticis, sive quomodolibet contemplatione Eclesiae quae situm, aliud vero proveniens ex bonis patrimonialibus, vel aliunde extra Eclesiae causam. Ignota erat haec distinctio pristinis Eclesiae temporibus; cum enim primo non solum Clericis, sed et Laicis omnia essent communia, nemo sibi quidquam proprium censebat, sed cunctis tribuebantur necessaria ex communi acervo: frigescente fidelium charitate, recesserunt Laici ab hac communione; Clerici adhuc manserunt; sed et dissociati, ad eandem non semel reversi sunt; atque per plures vicissitudines, de quibus superius, devenerunt tandem ad hodiernam beneficiorum formam, iuxta quam tributa eisdem est redditum ecclasticorum administratio. Agnita tunc fuere peculia Clericorum, disputa-

TITULUS XXV.

73

tarique undique coepit quaenam potestas competit Clericis in eisdem.

Probè quidem scio aliter vulgo peculium Clericorum distingui iuxta differentiam nimirum, quae assignari solet inter bona patrimonialia, quasi patrimonialia, ecclastica, et parsimonialia: coeterum ostendit inter alios Van-Espenius *Iur. eccl. univ. Part. 2. tit. 32. cap. 1.* quām parum sacramonum canonum praescripto illa conveniat eo sensu, in quo ab his, qui Clericis liberam de bonis intuitu Eclesiae quae sitis disponendi potestatem tribuunt, adducitur: alias enim admitti ea facile posset commodioris explicacionis gratia. Cave autem Andream Vallensem ad hunc tit. dum aut bona quasi patrimonialia explicat, aut triplicem peculii divisionem, quatenus scilicet illud ex bonis Clericorum propriis, ex bonis Eclesiae, aut ex his, quae intuitu Eclesiae quae sita sunt, constat, conformem esse innuit toti huic titulo, hoc est, omnibus capitibus, quae in eo continentur; cum imo potius eō cuncta tendant, ut probent acquisita ab Episcopo, Presbitero, aut Clerico post ordinationem, ad Eclesiam pertinēre: quod sane intelligendum est iuxta disciplinam, quae respondet Concilii, ex quibus S. Raimundus praedicta capita deprompsit, et temporibus, in quibus illa habita fuere.

Quisquis accuratè perpendat diversas causas, atque rationes, per quas quae siverunt Eclesiae bona sua, simulque consideret voluntatem, atque intentionem eorum, qui ea ipsis obtulerint, atque etiam nunc conferunt, non dubitabit asserere, Clericos non aliam in his potestatem habere, quam necessitate tenus conclusam, quia ullum possint sibi vindicare dominium, aut ius aliud dominio proximum. Id suadet natura bonorum ecclasticorum, quae nihil aliud sunt, quam patrimonia pauperum, pretia peccatorum, et largitiones fidelium: id ferè uno ore praedicant S. Patres, et Conciliorum canones, quorum placita

Tom. II.

K

vi

74 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

videri possunt apud Berardum in *Commentariis in Ius ecclesiast. univers. tom. 2. Dissertat. 6. cap. 3.* ubi postquam causas omnes percurrit, per quas obvenerunt Ecclesiae bona, quae possident, indeque veram eorum naturam deprimit, colligit monumenta ex omnibus saeculis, omnibusque Ecclesiae sumpta, atque manifeste ostendit hanc fuisse omni aevi, omnibusque locis, tum Ecclesiae ipsius, tum illorum, qui bona sua ei variis modis contulerunt, intentionem, atque sententiam: neque aliam nunc, aliam olim, sed semper, atque ubique eandem. Cum tamen disputent gravissimi Doctores, an Clerici solam habeant bonorum intuitu Ecclesiae quae sitorum administrationem, nec desint qui ipsis dominium eorum asserant; ne alterius partis studi sequi videamus, eoque nomine rigidioris censurare notam iniure ve-
lant indulgentiores Clerici, satius duximus ab hac quaestione abstinere, cum parum referat ostendere unde repetenda origo sit, dummodo obligationem probemus, qua tenentur Clerici universi elargiendi pauperibus, aliisque piis usibus applicandi, quod ip-
sis superest post congruum sustentationem. Non dis-
puto (aiebat Cardinalis Bellarminus in *Epist. ad Theanensem Episcopum*) quaestionem illam, an Praelati sint vere domini redditum ecclesiasticorum, et an te-
neantur restituere, quae male expenderunt: parum enim refert utrum Praelatus damnetur ad inferos quia peccavit contra iustitiam, an quia peccavit contra charitatem, non bene distribuendo facultates suas. Solum quero, in quos usus debet expendere suas ecclesiasticas facultates, ut non amittat vitam aeternam.

Sane compertissima mihi res est dominium Cle-
ricis quibusunque in bonis intuitu Ecclesiae adquisi-
tis asseri non posse, quin cunctarum ecclesiasticarum
sanctionum tum antiquarum, tum recentiorum, sen-
tentia torqueatur; argumenta autem, quae adduci
solent, sive ex facta bonorum ecclesiasticorum divi-

sio-

TITULUS XXV.

75

sione, sive ex locis, in quibus asseritur Clericos fructus suos facere, aut non facere, sicuti contingit dum de non residentibus agitur in *cap. un. de Clericis non resid. in 6. et in sess. 24. de Reform. cap. 12. Concilii Trident. facilimè à quolibet diluuntur*, qui ad eorum interpretationem absque praecognitis opinionebus accedat.

Afferui potestatem Clericorum in huicmodi bonis necessitate tenus concludi: quod idem est, ac dicere, Clericos tunc tantum posse ea convertere in propriis usus, cum indigent, et quatenus indigent, si-
cūt se explicant Concilia, et Patres. Hinc est, quod neque ali ex eis possint, si habeant ex patrimonio, vel aliunde, bona ad sui congruam sustentationem necessaria; neque disponere pro lubitu de bonis, quae dicuntur parsimonialis; hoc est, de illis, quae Clericus ex congrua sustentatione sibi debita subtrahit vivendo parcus; veluti si vulgo decem aurei ad honestam Clerici sustentationem in ea Regione aestimentur necessarii, ipse autem tantum quinque expendat. *Quidquid praeter necessarium victimum, ac simplicem vestitum de altario retines* (aiebat D. Ber-
nardus) *tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Facile esset plurima concagerere similia testimonia: satis nota sunt Hieronimi, Pomerii, atque Patrum Agathensium in hanc rem verba. Verum nonnulli Clerici S. Patres exaggeratione quadam usus, dicere consueverunt; aut saitem eos illo tempore loquutos, in quo nondum facta fuerat bonorum ecclesiasticorum divisio: potius ergo lobet illa finire argumen-
ta, quibus neutrum objici queat; quanvis certò persuassum nobis sit hanc sue sententiae firmandae rationem neque illis ipsis videri iustum posse, qui magis solici sunt augendas Clericorum in huicmodi bonis dispensandis potestat: quannam enim firmitas sanctissimis quibusque rebus foret, si li-
ceret unanimem Sanctorum Patrum sententiam exag-
ge-

K 2

76 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

gerationis ex ardenter zelo ortae nota rejicere?

In Concilio Trident. ita cfformatum primò fuerat decretum *capitis 1. in sess. 25. de Reform.* ut adiungentur verba: *Quia Ecclesiasticorum proutem tantum dispensatores sunt: tamen, cum, ut diximus, discepitur inter Auctores gravissimos utrinque, an eorum domini, vel solum administratores Clerici sint; satis duxerunt Cardinalis à Lotharingia, et eximius ille Granatensis Praesul Petrus Guererus sub iudice hanc item relinquere: proinde, eis urgentibus, suppressa haec verba fuerunt in Congregatione generali, habita die 23. Novembr. anni 1563. uti refert Pallavicinus Hist. Concilii Trident. lib. 24. cap. 3. n. 4.* Coeterum probè sciebant Patres, potestatem Clericorum in praedictorum bonorum tributate idem limitibus esse circumscriptam, quanvis earum dominium ipsis expresse non denegarent; proinde nihilominus iusserunt Episcopis, et aliis quibuscumque beneficia ecclesiastica, tam secularia, quam regularia obtinentibus, ut modesta supellectili, et mensa, ac frugali vieti contenti sint, utque in reliquo vitae genere, ac tota domo caveant, ne quid appareat, quod à sancto corum instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatem contemptum praeseferat. Deinde omnino eis interdixerunt, ne ex redditibus Ecclesiae consanguineos, familiarese suos angere studeant, cum et Apostolorum canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis donent; sed si pauperes sint, iis, ut pauperibus, distribuant.

Depromptis haec verba sancta Sinodus ex Concilio Carthagin. IV. quod propè finem saeculi IV. habbitum fuit, canone 15. ex Sinodo dicta VII. can. 12. aliquis monumentis priorum saeculorum, ut liquebit percurrenti canones relatios à Gratiano dist. 41. et caus. 12. quæst. 1. et 2. quanvis nonanquam minus recte se gerat in eis citandis, veluti dum ca-

no-

TITULUS XXV.

77

nonem 21. praedict. cau. 12. quæst. 1. tribuit Concilio Martini Papæ; id autem luculentissimè probat Tridentinos Patres neque exaggerationem ullam inventisse in antiquis illis monumentis, neque immutatam credidisse bonorum ecclesiasticorum naturam, aut post divisionem eorundem, aut poste aquam ho- dierna forma beneficis tributa fuit.

Congeri' nullo negotio possent alia multa, si praedictam sententiam argumentis firmare, aut eorum quae obiciuntur, levitatem ostendere mens es- set; ea enim speciem potius habent argumenti, quam firmitatem, uti aiebat Berardus. Verum praetermitenda non est magni illius viri sententia, quem et Pontificis piissimum, et Scriptorem praestantissimi- mun omnes uno ore praedicant.

Benedictus XIV. de Sinodo Dioeces. lib. 7. cap. 2. reprehendit Praelatos, qui, dum in Constitutionibus Sinodalibus inculcant præceptum, quo beneficiarii tenentur erogare in pios usus quidquid superest post congruum sustentationem, assertunt eosdem non esse bonorum, sive fructuum, domino, sed tantum dispen- satores, quasi decisa sit *controversia*, quæ ad- huc agitatur: verum de obligatione ipsa sermonem instituens, certum est (ait) etiam posita Ecclesiasticorum bonorum divisione, et assignata iam pridem pauperibus quarta parte fundorum ad Ecclesiam per- tinentium, ex quibus putant Doctores erecta, atque dotata fuisse Hospitalia, aliaque instituta opera pia ad eorundem pauperum commodum, adhuc nihilominus teneri Clericos Beneficiarios redditus, quos ultra sui honestam sustentationem ab Ecclesia per- cipiunt, distribuere in pauperes, aliave pia opera erogare; nec posse absque gravi peccato in convi- via, ludos, venationes, et alios similes profanos usus impendere, aut consanguineis elargiri, nisi tanquam pauperibus, si verè pauperes sint; et tunc, ut minus egeant, non ut ditescant.

Alio

78 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

Alio in loco Magistrum Lorcam de turpi errore, in quem lapsus fuerat, obiurgans, ait, nullum omnino Doctorem, praeter hunc, ausum fuisse unquam eximere Beneficiarios à gravi obligatione distribuendi redditus eclesiasticos, suae honestae sustentationi superfluos, in pauperes, aliave pia, et religiosa opera. Tandem Theophilum Raynaudum laudat in Opusculo, cui titulus est: *Mala è bonis Ecclesiae*, asserens nullum eo accuratius Doctorum placita hac de re perquisisse.

Capita in hoc titulo à S. Raimundo inserta nihil exhibent, nisi quod adnotatum iam est: unde autem illa desumpterit non certò constat, ut ad eorum singula animadversum est à Correctoribus Romanis, excepto sane ultimo, quod et ipsi tribuunt Concilio Toletano II. Tandem, licet in capitibus ipsis nulla appareat mentio peculii, tamen probat Van-Espenius loco supra citato rectè titulum inscribi de *Peculio Clericorum*, hocque aprimè convenire cum peculio servorum, et cum profectio filiorumfamilias.

TITULUS XXVI.

De Testamentis, et ultimis voluntatibus.

Praesens titulus pars est, et sequela praecedentis; cum enim de illis tantum bonis testari licet, de quibus disponendi quis haber potestatem, facile quilibet resolvit ex praedictis quod in hoc titulo quaeritur; an videlicet, et quatenus testari Clerici valent.

Nimirum distinguenda sunt bona intuitu Ecclesiae acquisita à reliquis. De primis sicuti inter vivos pro luctu disponere prohibentur, ita de eisdem testari, vel aliter mortis causa ordinare non possunt: de coeteris vero, utpote propriis, testari valebunt. In-

Con-

TITULUS XXVI.

79

Concilio Lateran. anni 1179. improbantur Clerici, qui bona per Ecclesias adquisita in alios transferre praesumebant, quod asservit antiquis canonibus esse inhibitum; statuturque quod, sive intestati decadant Clerici, sive alii conferre voluerint, penes Ecclesias talia bona remaneant, cap. 7. b. tit. Alexander III. in cap. 8. eod. ait Clericos de mobiliis, quae per Ecclesiam sunt adepti, de iure testari non posse: viveant autem, et sui compotes, dum in aegritudine constituti sunt, de bonis ipsis moderatae aliqua erogare posse addit, non ratione testamenti, sed eleemosinae intuitu. Tandem in cap. 9. consulti à Vigilensi Episcopo, respondit, quod licet Clerici disponere liberè valeant de his, quae paternae successions, aut cognationis intuitu adepti sunt, vel quae de artificio, seu dono consanguineorum, aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam pervernerunt ad ipsos; de illis tamen, quae consideratio Ecclesiae percepserunt, nullum de iure facere possunt testamentum.

Et quidem haec regula constantissime observata conspicitur per omnia Ecclesiae saecula usque ad tempora Alexandri III. quibus induci in quibusdam locis coepit consuetudo testandi de bonis mobiliis in piis causas; quae cum non improbanda dicta fuisset ab eodem Pontifice in decreto, quod refertur in cap. 12. b. tit. extensa paulatim fuit ad immobilia: deinde vero amplexata fuit quaecunque bona, quaecunque etiam dispositiones, licet piis causis non faverent. Sanè Alexander III. in praedicto capite tantum sit consuetudinis non esse improbandae, ut de mobiliis per Ecclesiam adquisitis pauperibus, et religiosis locis, et illis, qui viventi servirant, sive sint consanguinei, sive alii, aliqua iuxta servitii meritum conferantur; ubi cum nulla appareat testamenti mentio, eodem sensu loquutum in hoc loco censerem S. Pontificem, quo in praecitato capite 8. ut ni-

nimirum intuitu eleemosinae, non ratione testamenti, hanc praestationem aegrotantibus Clericis permetteret. Attamen verum est bac occasione testamenta de bonis intuitu Ecclesiae quaevis condendi consuetudinem invaluisse, cum tales Clericorum aegrotantium, et saepè morti proximorum, dispositiones non longè abessent à testamento factio in pias causas. Testamenta sic condita infringi non poterant, aut consuetudo inducta aboliri, quin plurimae orientur lites inter haeredes institutos ex una parte, et ex alia Ecclesiæ, quarum ministerio adicti fuissent Testatores; quapropter Principes Secularares talia Clericorum testamenta sustinuerunt, praesertim nostri Reges, ut patet in variis locis iuris partii. Intererat enim pacem in Republica servari; intererat etiam ne Ecclesiae nimium abundarent bonis maximo Saecularium praefudicio, quod expressis legibus impedire aequè Principes potuissent.

Iam vero, nemo non videt has temporum vicissitudines, atque politicas rationes, immutare nequissime naturam bonorum ecclesiasticorum; ideo, licet testamentum, in quo Clerici de bonis intuitu Ecclesiae quaevis in usus non piis disponunt, in foro exteriori sustineatur, non minus verae, quam olim, erunt regulæ Patrum, quibus in foro conscientiae morem gerere tenentur Clerici omnes.

Verum ulterius progreedi haud sinuat inductae cum iure spoliorum varietates, que discutiendae hic sunt.

Saeculo decimotertio coeperunt Episcopi sibi vindicare bona decedentium Clericorum, exemplo ex Monasteriis desumpto, in quibus receptum erat, quod Praelati sibi reservarent bona, quae apud defunctum quemque Monachum reperirentur. Coercta haec Episcoporum ambitione fuit primum a Bonifacio VIII. in cap. 9. de Officio Ordinarii in 6. exceptis Praelatis, quibus hoc competeteret de speciali privilegio,

vel

vel consuetudine legitimè præscripta, aut alia causationib; quo casu in illis tantum bonis hoc intelligi voluit, quae superessent soluti debitis: deinde à Clemente V. in *Clement. un. de Exces. Praelat.* ac tandem in Concilio Constantiensi anno 1417. Sed penitus aboleri abusus nequivit, donec S. Pontifices spolia sibi vindicarunt. Berardus in *tom. 2. de Univers. iur. ecclasiast. Dissert. 6. cap. 3.* refert adamusim historiam disciplinae spoliorum à S. Pontificebus inventæ; ad quem Lectorem mittimus ne nimium inmoremur; nam quod præcipue ad rem spectat, atque scire oportet, illud est, spolia Pontificis originem habuisse tempore quo Clemens VII. atque Urbanus VI. quorum ille in Galliis, hic Romæ sedebat, contendebant de Pontificatu maximo: posterioribus temporibus, modò maiora, modò minora habuisse incrementa; neque in omnibus Provinciis aequè paratam invenisse executionem. Apud nos antiquissima consuetudine receptum fuit, ut Clericorum omnium Episcopis inferiorum bona quaeunque ad haeredes eorum sive ex testamento, sive ab intestato transirent, nullo admisso discriminé inter bona intuitu Ecclesiae quaevis, et cetera. Sand ex Concilio Derutano anni 1429. in *can. 18.* deduci posse videtur à contrario sensu spolia Episcoporum locum etiam in Hispania habuisse in bonis Clericorum ab intestato decedentium, verum leges Regiae dubitare non sinnunt, prædictam disciplinam, tam ab intestato, quam ex testamento fuisse observatam, *Nov. Recop. lib. 5. tit. 8. leg. 13.* Non idem fuit in bonis Episcoporum, intuitu Ecclesiae quaevis; quod haec enim admissa fuisse apud nos spolia à Sede Apostolica inducta, dubitari nequit: coeterum animadvertendum est, Reges nostros etiam tunc, cum Praelatorum bona spoliorum iure Cameras Pontificiae addisciebantur, tueri ea, atque custodiare consuevisse ope Iudicium Saecularium, et generalis protectionis vi, ne haeredes

Tom. II.

L

bo-

bonis patrimonialibus fraudarentur à Collectoribus spoliorum, quorum ubique magnum fuisse abusum constat, neve creditoribus iniuria fieret. Initio deinde cum Sede Apostolica Concordatis, tam fructus Episcopatum vacantium, quam spolia omnia, Regum nostrorum dispositioni relicta sunt, quin ulla Sedi Romanae potest manserit in eisdem, leg. 11. tit. 6. lib. 1. Nov. Recop. Insper, cum privilegia de bonis intuitu Ecclesiae quae sit testandi concedi à Sede Apostolica consueverint nonnulli Praelatis, cautum fuit nullam ex his indulgentias in posterum tributari, etiam si Episcopis valde conspicuis ageretur. Denique abrogata fuere indulta, quae in anteriorum Rom. Pontificum Constitutionibus continebantur, veluti Pii IV. in Constitut. In supra, anni 1564, quoad Rom. Ecclesiae Cardinales, Episcopos, Solio Pontificis assistentes: Iulii III. et Pauli V. in favorem Clericorum, qui Romae, atque in eius districtu habitarent.

Postquam Reges nostri praedictam facultatem de bonis, spoliorum, atque vacantium disciplina contentis, in usus à sacris canonibus praefinitis disponendi sibi assuererunt, saluberrimas statim statuerunt leges, quae extant in Regio Decreto edito die 11. Novembris anni 1754. ut in Ecclesiarum utilitatem, et levamen pauperum, ea fideliter impenderentur. Accessit deinde aliud Regium Decretum die 17. Februarii anni 1771. promulgatum, in quo cautum fuit, mobilia omnia Episcoporum decadentium asservanda usui Successoris, illis exceptis, quae minus deceant viros in Apostolico ministerio constitutos: ex libris autem publicam Bibliothecam esse compingendam: denique invento fuit ratio sublevandi Praelatos electos, sumptibus impares ad obtinendum à Sede Apostolica confirmationem necessariis.

Patet ex his decisionem capituli 1. b. tit. in quo statuitur, Episcopum testari non posse de bonis intui-

tuitu Ecclesiae quae sit, bona verò ante Episcopatum adepta cuilibet testamento relinquere posse, legibus, et consuetudinibus nostris admodum convenire, si ad illa, quae Episcopus aliter quam intuitu Ecclesiae in Episcopatu adquisivit, extendatur.

In Regularibus, qui evehuntur ad Episcopatum, locus questioni esse non potest; cum enim à voto paupertatis, quod in professione emiserint, minime ob Episcopalem dignitatem liberentur, ex persona propria quidquam adquirere nunquam possunt; sed si agnatorum, aut aliorum donationibus aliquid eis obvenerit, aut ex propria industria quae sit, non ipsis, neque Monasterio, sed Ecclesia, cui adscripti sunt, adquiritur, can. un. c. 10. q. 1. neque enim haereditatem, donationem, aut quid aliud vindicare possunt, ut proprium, quin voti Rei fiant.

In cap. 3. et 17. b. tit. tribuitur Episcopis potestas exequendi ultimas voluntates, si haeredes, aut executores testamentarii neglexerint; quae et in nonnullis nostris legibus concessa ipsis conspicitur: verum si posteriores in lib. 5. tit. 4. Nov. Recop. inserta attente persicantur, apparebit, Episcopos, alias iudices ecclesiasticos, hoc nomine se immiscere non posse in quibuslibet causis testamentariis; proindeque communem AA. sententiam, quae eas mixti fori esse asserit, non esse undique veram.

Sed et coercita novissimis Regis Decretis est facultas, quam sibi passim vindicabant Curiae Ecclesiasticae, cognoscendi circa Testamentorum validitatem, eorumque sequelas, ex eo, quod Personae Ecclesiasticae forent, sive Testator ipse, sive haeredes.

Capita 7. 8. 9. 12. et 13. iuxta integrum textum, qui referunt à Gonzalezo, in desuetudinem penitus apud nos abiisse colliget facilè, quilibet ex predictis, cum testamenta à Clericis de bonis quibuslibet etiam in causas non piis praetor gene-

ralem consuetudinem habeant legum patriarcharum protectionem.

Circa *caput* 2. nihil necessum est hic animadvertere, cum de eius materia, nempe de tacitae professionis religiosae vi alibi loquamur. Sed neque locum habet constitutio *capitis* 11. in quo statuitur valere testamentum coram duobus, aut tribus testibus, mandatur Episcopo, ut huiusmodi causas, non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractet; quoad formam enim testamenti factionis nedum Laici, sed et Ecclesiastici servare debent formam Regis legibus praesutum.

TITULUS XXVII.

De Successionibus ab intestato.

Successionem ex testamento sequitur successio ab intestato, de qua pauca subjicienda sunt.

Olim in bonis Clericorum intestatorum, quae intuitu Ecclesiae non fuerant adquisita, succedebant agnati, atque cognati: his autem deficientibus, Ecclesia: reliqua vero, ut ab Ecclesia provenientia, ad eandem semper revertabantur, cum, ut dictum est, nusquam de ipsis testari possent. Deinde inducunt, primò Episcoporum, deinceps Sedis Apostolicae spoliis, immutata fuit haec disciplina. Expositum in titulo superiori quaenam observata fuerit in Hispania: quapropter nusquam apud nos admitti potuit decisio *capitis* 1. b. tit. in quo Episcopis, Presbiteris, et Clericis de bonis per haereditatem, aut alio modo intuitu Personae adquisitis quomodo velint, dum vivunt, disponendi potestas tribuitur; si autem ante obierint, quam hoc fecerint, ea altari, cui serviant, perpetuo esse sanctificanda, et in ius Ecclesiae tradenda statutur. In 2. et ult. sermo est de haereditate Presbiterorum, qui ad Clerum & servitute admis-

si

si sunt; cum tamen haec inter Christianos ubique exoleverit, amplius de hoc quaestio esse nequit.

TITULUS XXVIII.

De Sepulturis.

Pietatis, humanitatisque ratio semper postulavit, ut corpora mortuorum terrae matri traderentur: quapropter, quanvis non defuerint inter alios, qui superfluum id, atque vanum censerent, Christiani tamen religiosissime hunc morem servaverunt. Verum quoad locum sepultrura alia, atque alia fuit disciplina.

Vetabant leges Romanae quemquam in Urbe se peliri, id nimurum exigente politiae rectae ratione. Christiani priorum saeculorum corpora, et reliquias Martirium condere studebant in Ecclesiis, ut ita ipsorum meritis magis inuarentur: quando vero id assueci non poterant, construebant in agris Ecclesiis, quae vocabantur Ecclesiae Martirii. Frequentissima quoque erant coemeteria subterranea, qualia Romae inventa sunt proximis temporibus, et in quibus sese latitabant Christiani fervente persecutione. Mos in Ecclesiis sepeliendi translatus deinde fuit ad alios, quibus, cum maxima sanctimonia vixissent, videbatur hic honor deferendus. Iam vero optabant fideles omnes prope corpora Martirium; quod et gradatim obtinuerunt; primo quidem Episcopi, aliae que conspicuae personae, deinceps et coeteri: adhuc tamen intra Ecclesias minimè sepeliebantur, sed in Porticibus, aut Atriis, vel in Coemeteriis, aut Coemeteriis ad id prope Ecclesias constructis. Tandem procedente tempore inductum generaliter fuit, ut fideles omnes intra Ecclesias sepelirentur.

Cum à primis ipsis Ecclesiae temporibus fidelium cadavera cum Psalmis et Hymnis honorifice humari con-

conseuerint , adjectis etiam cercis , orationibus , et sacrificiis , ut decebat viros resurrectionis fidem profitentes ; mirum non est , quod ortae inter Eclesiae Ministros contentiones fuerint circa curam funerum , atque oblationum perceptionem . Receptum quidem est generaliter , ut referatur hoc munus ad iura Paracelia : verum moveri controversiae solent inter ipsos Parochos , quibus dirimendis observare expedit sequentes regulas .

Liberum cuique est , ubi velit , sepulturam eligere , sive uxor sit sine marii licentia , sive filius familiæ sine consensu patris , excepto tantum impubere , pro quo , tanquam infirmi iudicii , eligat pater , eoque deficiente , mater , nisi aliud ferat consuetudo , cap. 1. et 7. b. tit. cap. 3. et 4. cod. in 6. Coeterum ille locus eligendus venit , in quo funerali ius est , licet minus religiosus sit , hoc est , in quo minus assidè divina celebrentur . In loco non religioso , seu in quo funerali ius non est , ut in privato Oratorio , nemo potest eligere sepulturam .

lure hoc electionis destituti sunt , qui singulari aliqua ratione in certo loco debent sepeliri , quales sunt Monachi . Quoties autem quis non impeditus eligit , parentum est eius voluntati , licet tribueenda sit propriae Paraeciae quarta pars oblationum , quae alia , atque alia est iuxta cuiusvis Diocesis , aut loci consuetudinem , et statuta .

Quandoque licet expresse quis certo loco sepulturam non eligat , tacite tamen esclare censemur . Sic qui habet sepulchrum familiare , aut Maiorum , in eo sepeliri velle praesumitur , nisi contrarium expresse rit . Idem dicendum de uxore respectu sepulchri mariti , ut quos coniuxit unum coniugium , conjugat unum sepulchrum , ut siebat D. Hieronimus : quae vero bis nuptia fuerit , sepeliri debet cum ultimo .

Praeter hos casus sepeliri quisque debet in sua Parochia ; in ea nempe , in qua vixit : et , si duplex

ha-

habere solebat domiciliū , in ea humari debet Parochia , in qua decessit : imò etiam casi quis in aliena Parochia decessat , sepeliendus in ea erit , si ad suam commodè portari nequeat . Verum in his omnibus , ante has generales regulas ex corpore iuriis depromptas , attendenda sunt receptas in unoquoque loco consuetudines , atque Sinodales sanctiones .

Si quis humatus fuerit extra Parochiam , quam elegit , aut si dolose extorta electio fuerit , aut si quomodolibet alibi quam oportet , sepultus fuerit , exhumari poterit , et ad propriam Eclesiam transferri ; cui etiam restitui debebunt omnia , quae percepta fuerant occasione funerali . Imò et gravissimae poenae inflictæ sunt à Bonifacio VIII. in cap. 1. b. tit. in 6. et à Clemente V. in cap. 3. de Poenis in Clement. in Religiosos , aut Saeculares Clericos , qui aliquos ad vovendum , iurandum , vel fide interposita , seu alias promittendum inducant , ut in eorum Ecclesiis sepulturam eligant , vel iam electam ulterius non immutent .

Pravitur nonnulli ecclesiastica sepulitura , ut Paganii , Haeretici , Iudei , Haereticorum receptatores , et factores ; item excommunicati : nam quibus non communicamus vivis , neque mortuis communicare debemus ; nisi tamen in articulo mortis fuerint Eclesiae reconciliati , cap. 12. b. tit. Gregorius IX. in cap. 14. eum habet reconciliatum , qui in articulo mortis iuxta formam Eclesiae absolutus fuerit à Presbitero suo , hoc est , à proprio Parocho : verum Sinodus Trident. in sess. 14. de Poenit. cap. 7. tribuit quibuslibet Sacerdotibus potestatem à quibuscumque peccatis , et censuris in articulo mortis absolvendi . Deinde ex sententia capit. 28. de Sententia excommunicati si evidenter poenitentiae signa præbuerint excommunicati ante mortem , licet absolutionem non obtinuerint , post mortem absolvendi ab illo sunt , à quo debuerant vivi absvolvi ; eisque deneganda non est

88 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

est ecclesiastica sepultura. Tandem prae oculis hac in re habenda est constitutio Martini V. *Ad evitandum*, de qua plures facta est mentio, atque ad eius mentem revocanda veniunt quae dicta sunt.

In canon. 12. cap. 23. quæst. 5. traditur ex Sino-
do Bracar. I. nullam prorsus in oblatione commemorationem fieri debet pro illis, qui sibi ipsis volun-
tariè quilibet modo violentam inferunt mortem,
neque eorum cadavera cum Psalmis ad sepulturam deducenda: ex eo videlicet, quod in peccato mortali decessisse praesumantur: cum tamen verosimiliter,
imò et penè certò tenendum sit neminem, qui mentis compos sit, tale facinus perpetratum, vix unquam casus aderit in quo recta ratio suudeat huiuscem canonis observantiam. Adiungitur in eodem aequè cum iis es-
se agendum, qui pro suis sceleribus puniuntur: ve-
rum contraria consuetudine utimur, quam pietati christianæ magis consentaneam quilibet fatebitur.

Aliis quoque criminibus imposita in iure est poe-
nia privationis sepulturæ ecclesiasticae, veluti aposto-
liae, schismati, usuræ manifestæ. Ecclesiarum vi-
olationi, aut raptui, item congressioni in torneamentis,
aut duello. Quod si humati hi omnes fuerint in
loco religioso, exhumandi sunt, dummodo cadave-
ra eorum separari valeant, atque discerni: in quo
famen cautè admodum procedendum.

Legibus nostris cautum est sepulturam ecclesiasti-
cam, salem ad tempus, esse denegandam defunc-
tis, quorum agnati, aut cognati nimis præbuerint doloris signa, quae in ipsis legibus exprimuntur,
leg. 44. tit. 4. part. 1. leg. 8. tit. 1. lib. 1. Nov. Rec.
nam Christiani ostendere in omnibus tenemur resur-
rectionis spem firmissimam. Haec apud primos Chris-
tianos deleverat horrorem, quo antiqui, etiam ipsi Is-
raelitæ, afficiebant erga cadavera, et sepulchra (1).

Prae-

(1) Primis Ecclesiae saeculis cadavera per triduum exposita
ma-

TITULUS XXVIII. 89

Præter quartam Parochiale, alia etiam est, que appellatur Episcopalis, quæque originem trahit a generali bonorum ecclesiasticorum distributione. Sed notat Berardus ubique serè eam exolevisse. Tam quoad hanc, quam in Parochiali, servandæ sunt receptæ consuetudines. Sinod. Trid. sess. 25. de Ref. cap. 13.

In cap. 2. continetur decretum S. Pontificis Leonis M. ad coercendam nonnullorum Abbatum, et Monachorum avaritiam, qui, non zelo charitatis, sed studio rapacitatis, saeculares seducere conabantur, ut res suas, atque possessiones, sive in morte, sive in vita Monasteriis suis traherent, statutum, ut quicunque in Monasterium converti vellet, sive in morte, sive in vita, mediatatem omnium rerum, et possessio-
num, de quibus pro salute animæ disponere decre-
visset, Ecclesie relinquaret, ad quam pertinere dig-
nosceretur; hoc est, propriae Paraeciae. Verum Alexander III. in cap. 4. alter definiendum censuit, ait enim distinguendum esse, an qui in aegriudine ipsa ad religionem cum bonis suis transeunt, nihil propriae Paraeciae relinquendo, ex illamet infirmi-
tate decadant, an in sanitate se ad religiosa loca
transmutant: primo casu portionem canoniam Paraeciae deberi statuit, minime vero in secundo, cum liberum cuique sit bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet privatis conferre personis. Post

Tom. II.

M.

Con-

manebant, antequam humarentur; atque interim attente in-
vigilabant fideles. Cum apud nos progressus, qui in dies in arte Medica sunt, docuerint, quim verendum sit, ne non semel defuncti reputentur nonnulli communis adhuc au-
ta fruentes; revocanda potiori ratione esset antiqua illa con-
suetudo: pericula autem ex corruptione cadaverum metuen-
da averti facilmente possent, dummodo in Coemeterio, aut prope ea, stabilirent loca ad id opportuna, constitutis simi-
lis vigilibus. Horret animus, dum considerat, forte num-
tantum inter nos adesse, cum contingat valeat dira illa sortis,
cuius non adeo rara exempla sunt.

Concilium Tridentinum locus esse non potest huiusmodi in Religionem, in morte, aut in infirmitate, cum bonis suis translationi, uti appareat ex his, quea suo loco tradidimus circa professionem, et Novitiorum renunciations, seu donationes, aut testamenta. Sed et apud nos novissimis Regiis sanctionibus obviam itum est Confessoriorum suggestionibus, si qui tamen sunt, aut fuerunt usquam, qui non horruerint suas, aut Monasteriorum, vel Ecclesiarum fortunas damnandis huiusmodi artibus augere.

TITULUS XXIX.

De Parochiis, et alienis Parochianis.

Redicta Ecclesiae pace, congruum fuit certas in Villis, et Pagis construere Ecclesias certo alicui Sacerdoti committendas, cui etiam alii adjuncti fuerent; praefinitis cuique Ecclesiae limitibus, ut sic conmodius administrarentur.

Hae sunt quas hodie vocamus Parochias, seu Parochias; quibus antiquiorem tribuant originem nonnulli canones à Gratiano relati sub nomine Pontificum Clementis, Anacleti, et Dionisii; attamen iuxta Berardum apocrypham sunt haec monumenta. Fuerunt sanè etiam tempore Apostolorum Presbiteri sub Episcopis ministrantes: constat quoque ante saeculum quartum mitti eos consueisse, ut fideles in Pagis constitutos instruerent: coeterum diversi erant à Parochiis, qui deinde statuti sunt, et hodie permanent; nam hi ligati sunt sua Parochiae, in eaque permane debent; è converso primi ad Ecclesiam Cathoram, unde missi fuerant, revertebantur.

Diximus alibi potestatem omnem, que ad Populi regimen pertinet, in Episcopis residere, velut in primaevo fonte: debuerunt autem isti certa iura Parochis concedere, tanquam suis Vicariis, et Delegatis.

Sa-

TITULUS XXIX.

91

Sacerdotibus quoque, et Ministris, qui Parochis adiuncti fuerant, opportunum videbatur quidquam indulgere, ut facilius obirent munus suum. Hinc provenit quod quaedam solis Episcopis reservata sint, quaedam Parochis competant, alia vero efficere queant etiam Sacerdotes simplices, et Ministri inferiores; ex iis nimurum, quae aut Episcopalem, aut Presbiteralem ordinem non requirunt, sed mandari sui natura poterant Ministris inferioribus. Quaenam haec sint definire aedc facile non est cum provenant ex praeditis concessionibus, quae aliae, atque aliae fuerunt pro locorum diversitate: quaedam quoque statuta fuerunt à sacris canonibus in Ecclesiarum utilitatem: denique plurima inducta sunt consuetudinibus, transactionibus, et aliis pactis; atque haec omnia inspicienda accurate sunt, quotiescumque dubitatio emerserit.

Opavit semper Ecclesia, quod fideles omnes Pastorem suum agnoscant, ipsi peccata confiteantur, et ut saltem dominicis, aliquis festivis diebus Missae sacrificio in sua Parochia assistant: id plures sacris canonibus cautum est, et rescribitur quoque in cap. 2. b. tit. Et quidem si huiusce praecepti observantia maximam semper afferre debuit utilitatem, urgere eam modis omnibus praecepit expedire postquam Sinodus Trident. et Innocentius XIII. in Bulla *Apóstoli ministerii*, n. 9. decreverunt, Parochum in his diebus explicare debere divina praecepta, et fideli dogmata, atque pueros instruere.

Inunctum id primo fuisse fidelibus invenimus in Ecclesia Hispana, in Concilio scilicet Illeborritano, cuius sanctionem sequuta deinde fuit Sinodus Sandicensis urgente magno Osio. Repetita deinde fuit in nonnullis posterioribus Conciliis, praesertim vero in Nannetensi anni 658. ex quo desumptum fuit prae dictum cap. 2. Ne tamen quis decipiatur hac in re, animadvertisendum est, nullum hodie adesse praecepit.

M 2

cep.

ceptum peccata proprio Parocho etiam Paschali tempore confitendi , quanvis fidelibus hoc recte suadetur , atque utilissimum sit ; sed satisfieri praecepto , quod continetur in canone *Omnis utriusque sexus* , Concilii Lateran. anni 1215. sub Innocentio III. quo ad confessionem , dummodo quis approbatu ciblibet

* Confessario confiteatur ; quidquid velint Van-Espen *Iur. eccl. univ. part. 2. tit. 6. cap. 5. Iuenin de Sacramentis dissert. 6. cap. 4. in q. 5. art. 3. et alit;* de quo latius sermo erit lib. 5. tit. de Poenit. et remis.

Idem dicendum est de alia obligatione audiendi nempe Missam festivis diebus in Ecclesia Parochiali . Cautum quidem in iure est ad id fideles teneri , ut appareat in plurimis Conciliis , et in *Extravag. 2. de Treuga, et pace inter commun. coeterum hisce sanc-*
tionibus derogatum est , ut ait Benedictus XIV. non
solum contraria consuetudine , sed etiam posterioribus
S. Pontificum Constitutionibus Leonis X. S. Pi. V.
et Clementis VIII. Sinodis etiam Trident. in sess. 22.
de Sacrificio Missae in Decreto de observand. et evi-
tand. in celebrat. Missas, hortacionis , et monitionis
tantum verbis utitur , ait enim : Moneat etiam cum-
dem Populum , ut frequenter ad suas Parochias sal-
tem diebus dominicis , et maioribus festis accedant.

Magis urgere videtur praeceptum aliud de audiendo verbo Dei in propria Parochia , praesertim in conspectu Sanctionis Tridentinae in sess. 24. de Reform. cap. 4. in quo haec verba leguntur : *Monetque Episcopus Populum diligenter , teneri unumquemque Parochiae suae interesse , ubi commode id fieri potest , ad audiendum verbum Dei.* Benedictus XIV. de Sinod. Dioces. lib. 11. cap. 14. n. 13. post relatas nonnullas Auctorum interpretationes , adhaeret opinioni , quae asserit , antiquissimum hoc praeceptum ablatum nunc esse per contrariam consuetudinem . Verum non modicus difficultatibus obnoxia haec sententia est .

Cavendum magnopere est , ne fines Parochiarum confundantur , sicut alibi diximus de Dioecesis ; atque hoc spectat *caput 3.* in quo dicitur , Episcopum non debere iudicare alienum Parochianum , sicut non potest eum ordinare : ubi sanè Parochia sumitur pro Dioecesi . Coeterum minime obsistit haec decisio receptis regulis circa eos , qui ratione domicili , aut delicti , sortiuntur forum .

Mentio alibi facta est *capitis 1. in tit.* nempe de *Praebend. et Dignitat.* Tandem *caput ult.* speciat ad tit. seq.

De Decimis, Primitiis, et Oblationibus.

Parochis , aliasque Administris , qui ad Populum spirituali pabulo nutriendum instituti sunt , debet invicem temporalia ad sui sustentationem , et naturalis ratio suadet , et divina passim praedicant testimonia .

In lege Mosaica expressè erat stabilitum , ut Tribui Leviticae , quae ad cultum Deo praestandum , atque docendum Populum , fuerat inter omnes electa , decimae à reliquis Tribibus solverentur ; unde in terrarum partitione , quae Dei ordinatione facta fuit , nulla illi obigit portio , *Numerorum cap. 18.* *Deuteronomii cap. 18.*

Duo in hac divina institutione agnoscere debemus praecepta ; unum morale , fundatum nempe in ratione naturali , quae suadebat , ut Levitis ob prædictas causas præberentur à Populo Israelitico subdia vitge necessaria : aliud iudiciale , quod hanc præstationem in solutione deciminarum consistere debere definiebat .

Aliibi exposuimus præcepta iudicialia legis veteris ,

94 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

tis, utpote genti Iudaicae accommodata, eiusdemque gubernationi ordinata, cessasse adventu legis novae; moralia verò subsistere semper debuisse, tanquam fundata in ratione ipsa naturali: desit ergo in lege Gratiae secundum praeceptum, mansit autem illud primum, semperque manebit apud nos obligatio alendi Ministros Eclesiae.

Eam primi fideles adimplebant copiosissimis illis oblationibus, quas sponte faciebant, et è quibus abunde Eclesiae erat, unde Ministros suos sustentaret, similius consuleret, non tantum Eclesia ipsi ornandis, atque aedificandis, aut reparandis, sed et reficiendis pauperibus: unde praecepit eos in id adigere necesse non erat. Frigescente in dies charitate, oblationes spontaneae impares praeditis finibus esse cooperant; urgerique ab Eclesia debuit praeceptum illud; in his vero adjunctis constituta, existimavit Eclesia ipsa, non posse meliorem praescribi fidelibus normam, quam quae à Deo praefinita fuerat electo sibi Populo; urgente ergo coepit post saeculum quartum solutionem decimarum, quavis certo non constet quo primum tempore praecepit. Ex his patet teneri ex tunc praecepto fideles ad decimarum solutionem. Constat deinde, eam esse iuris naturalis, et divini, quatenus continent impletionem praedictae obligationis naturalis; verum aliunde esse mērē ecclasiasticā, cum ad obligatiōnem naturalem quod attinet, parū inter sit, au solutione decimarum, vel alio modo impleatur, ut accidisse diximus primis saeculis.

Spectant haec ad originem deciarum; ut verò quae ad earum praestationem pertinent facilius percipiantur, opportunum erit ordine rem persequi, et primo exponere quibus solvendae sint decimae; deinde quinam teneantur ad earum praestationem; deinceps quibus ex rebus, quibusque modis fieri prae statio debeat.

Ip-

TITULUS XXX.

95

Ipsa decimarum institutio, et finis satis ostendunt solvi decimas debere Ministris Eclesiasticis: verum disceptatio est inter ipsos Ministros Eclesiasticos. Si antiquam inspicimus peculiū ecleasiastici administrationem, iuxta quam omnes res Eclesiae Episcoporum curae subiecabantur, hi autem necessaria Ministris tribuebant ministerio Diaconorum, Subdiaconorum, et Oeconomorum, dicentes decimas solvi debuisse Episcopis: verum, cum isti hanc administrationem reliquerint, et locupletatas etiam fuerint Eclesiae Cathedrales, ita ut inferiorum subsidio non indigērent, adcessitas fuerunt decimas iuribus Parochialibus; ita ut vulgo praedicetur Parochos in perceptione decimarum habēre intentionem fundam in iure etiam contra Episcopos ipsos: quod idem est, ac dicere, quemcunque, qui decimas percipere intendant, docēre debere ius singulare, vi cuius id ei competit, cum alias iure communi Parochio debentur. Coeterum observandum hic est nonnullis in locis Parochialium Eclesiarum administrationem non alter Episcopos deseruisse, quām retentā sibi certa decilarum parte; quapropter alicubi etiam hodi habēre poterit Episcopus ius ad decimas: verum docēre id debet, quoties oratione contentio. Sed neque Monasteriis, aut aliis Eclesiis inferioribus, competunt decimae iure communi; quapropter probare debebunt specialem titulum, quo nituntur.

Cum, ut dictum est, decimae solvantur divino ministerio desercentibus viris, quod Laicis minimè convenit, ideo omnino excluduntur à iure eas percipiendi: cui ratione etiam alia adiungi vulgo solet, quod nimirum decimae dicantur res quoddammodo spirituales, seu spiritualibus annexae: nihilominus, cum decimae considerari valeant, quatenus emolumenitum temporale solum continent, concedi etiam Laicis possunt privilegio. Sic scimus eas non semel Laicis tributas in feudum, ut nimirum Eclesias ip-

sas

sas tuerentur: in quo cum magis fuisse abusus inducitus, cumque quandoque etiam Laici hoc praetextu eas usurparerent, prohibitae in posterum sunt huiusmodi infestations in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. in quo statutum etiam fuit, ut Laicos non liceret decimas iam infestatas in alios Laicos transferre; unde conjectum est vulgare Canonistarum principium, posse nempe Laicos habere decimas ante praedictum Concilium infestatas, quasi eas permisserit; at dubitat merito Van-Espenius banc fuisse Conciliū mentem.

Ob varias alias rationes concenserunt Pontifices decimas Laicos, praecipue Principibus. Sic ob strenuos labores, impensasque, quibus Ecclesiae à Saracenis occupatas recuperarunt, concenserunt nostris Regibus *tertias decimales*, hoc est, duas partes ex acervo in novem divisso; quod privilegium temporale fuisse contendit magnus Gonzalezius usque ad tempora Alexandri VI. ab hoc autem effectum fuisse perpetuum. Alia quoque privilegia in decimis Reges nostri obtinent; nam in primis, praedictas tertias in Regno Granatensi eis indulxit Innocentius VIII. deinde in Regnis Aragonum ab antiquissimis temporibus decimas omnibus funguntur, sub onere nempe Ministris Ecclesiasticis necessaria vita subsidia tribuendi. Pius V. concessit item privilegium, quod vulgo appellatur *Excusado* in eo consistens, quod Regi competent decimas unius domus ex integro in unquamque Parochia, illius numerum, quam elegerit. Praeterea Benedictus XIV. eisdem indulxit *decimas* praeditorum omnium Novalium, domino, et proprietate ad Regium patrimonium spectantium; quo nomine significantur de novo ad culturam redacti Agri-Denique ipsis competent universae decimae in Regnis Novi Orbis. Haec autem privilegia tribuenda sunt innumeris laboribus, exiguaeque solitudinibus, quibus Reges nostri semper adlaborauerunt, ut Domum Dei,

nem-

nempe sinum Matris Ecclesiae, magis, magisque implerent, ut verbis Evangelii utar.

Secundum, quod discutere oportet, est quoniam tenentur decimas solvere. Et quidem, cum implementationem contineant naturaliter illius obligationis, iuxta quam qui spiritualia percipiunt, temporalia suppeditare tenentur, appareat iure communii omnes omnino Christianos teneri ad earum praestationem: cui ratione etiam accedit quod in solutione decimarum elucescat obsequium Deo debitum ob fructus percepitos, recognitioque suprema eiusdem dominii.

Haec regula generalis est, à qua plures exempli conspicuntur ob privilegia impremita, quae in dubio prae sumi non debent, nisi legiūm probentur, aut inserta sint in Corpore iuris. Plurima concessa sunt Monachis, quos alias teneri decimas solvere dubitari nequit; quampurimaque haec occasione ortae semper sunt contentiones, quae initis conventibus diremptriae fuerunt: in iis autem, quae euan bodie exigitari solent, definiendis opere pretium, foret prae oculis habere privilegiis hisce omnibus causam praeibusse Monasteriorum paupertatem, ex eisque minimum praecindicium Parochis in primaeva concessione fuisse inductum, cum strictissimis limitibus coercerentur privilegia ipsa, et non magis foret Monasteriorum numerus. Deinde etiam animadvertisendum privilegia huiusmodi, si exigantur ad regularum, quae in Corpore iuris extant, normam, neque ad praedia, quae cum antea decimas solverent ad privilegiatos devenirent, neque ad illa, quae ab aliis conducuntur ad culturam, aut quae alii traduntur excolenda, extendi cap. 4. 8. 10. et 11. b. tit. leg. 4. et 5. tit. 20. Part. 1.

In cap. 2. b. tit. improbat consuetudo decimas a saecularibus Clericis exigendi, adducto in hanc rem exemplo Levitarum Populi Haebrei: verum cautē legenda sunt verba, quae in hoc capite continentur;

98 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

tur; nam in primis, restituenda est ex Antonio Augustino lectio, ne postrema verba primis contrarietur, legendumque: *Illi profecti, qui à Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent, dempto nempe verbo Clerici*, ut de Laicis intelligatur; deinde notandum est non omnino verum esse quod de Levitis assertur; nam constat iunctum eis fuisse, ut de decimis, quas à Populo percipiebant, decimam solvereat summis Sacerdotibus, qui pariter erant Levitae, hoc est, de Levitica Tribu, quanvis speciali Levitarum nomine non donarentur: de his ergo solum vera erit sententia, qui simpliciter Levitae dicebantur, ut latius declarat Iacobus de la Lande in *Tractatu ad b. tit. in Thesauro Mermani*. Hoc exemplum occasionem apud nos praebuit decimis quas vindicarunt non semel Rom. Pontifices ab inferiori Clero, et Summi Sacerdotes antiqui à Levitis. Sed et distinguenda sunt prædia, quae tributa Clericis sunt in alimoniam à coeteris, quae obtinent: si à primis solvere deberent decimas, à se ipsa exigere Ecclesia videretur; postrema vero diversae admodum conditionis sunt.

Pagani, et Iudei, à solutione decimarum immunitates sunt, cum Ecclesia eos in situ suo non foveat: quod non me latet vulgo ad personales restringi solere, traditæ aliam esse rationem prædialium: *cap. 16. b. tit.* quod an verum sit videbimus inferius.

Quod ad res, ex quibus solvi decimae debent, modumque præstationis, quod postremum est quod propositum, nulla alia fere agnoscerit regula præter consuetudinem. Extant quidem de hoc plura decreta in Corpore iuris: verum accommodata sunt singularibus Dioecesiom consuetudinibus; quod præ oculis habendum est. Hinc proficit quod in quibusdam locis decimæ minutæ non solvantur, solvantur vero in aliis, et innumeræ aliae varietates: tanquam est in hac materia vis, consuetudinis, ut non fa-

TITULUS XXX.

99

facile quidquam contra eam induc *Reges nostri permittant*; proinde pater Laicis Recursus ad Suprema Regia Tribunalia, si Episcopi, aut Parochi, consuetudinem innovare intendant. Hinc patet quænam vis sit *capitibus 5. 6. 23. b. tit.* et alii huiusmodi, in quibus de forma decimas solvendi, aut de rebus, ex quibus solvi ipsæ debent, sermo est.

Post generales has expositas regulas non fore supervacaneum iudico breviter explanare receptas nonnullas distinctiones, et rationes, quarum cognitio non parum invat ad huius materiac intelligentiam.

Distingui solent decimæ in prædiales, personales, et mixtas: quænam primæ sint indicat ipsum nomen; personales dicuntur, quae oriuntur ex lucris industrialibus; mixtas denique, quae ex utroque participant. Ubique ferè admissum est, ut prædiales soivantur illi Parochiae, in qua sita sunt prædia: personales penè in usu esse desierunt, vulgaris autem sententia docet solvi debere Parochiae, in qua quis percipit Sacramenta: mixtæ illi speciei solent adnumerari, cui magis accidunt. Dum traditur Iudeos etiam, et Gentiles obnoxios esse solutioni decimarum prædialium, haec adhiberi solet ratio, quod decimæ huiusmodi onera sint prædiis ipsis annexa; verum rectius, si fallor, contendit Berardus obligationem decimarum semper esse personalem, utpote quae provenit ab obligatione aitendi Ministros, et quoddam quasi contractu inter Parochos, et Fideles: quod vero infideles cogantur decimas reales solvere statu valut ad avertendas fraudes, quibus nonnunquam usos fideles probabile est, quod satis inuitatum in *cap. 16. in illis verbis: Ne fortè occasione illa Ecclesie valeant suo iure fraudari*, tum etiam in *32. neque turbare quemquam debet lex 6. predict. Part. 1. tit. 20.* quæ communis opinioni adhaesit.

Praeceptum aequè est decimas reales solvi non deducens impensis contra quam accidat in personali-

N^o 2 bus;

(at) Vide Berardi Juri ecclasiast. t. 1. dissert. 6. c. 5.
Solvit. Juri. Ind. t. 2. 1. 2. cap. 10. n. 11.

100 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

bus; in qua etiam parte non videtur vera ratio, quae vulgo reddi solet; cum negari non possit neque in praediis fructum dici posse nisi quod superest deductis impensis; nihilominus observatur contrarium.

Decimis adiunguntur Primitiae, quae propriè sunt primi fructus: haec autem, non minus, quād decimae subjectae sunt consuetudini tam quoad quotam, quam modum; et in multis locis exoleverunt. Apud nos in nonnullis Dioecesisibus solvuntur Primitiae, in aliis in usu esse desierunt; aut quia tractu temporis in eam præstacione cessatum est, aut quia eius loco inducta fuit nonnullorum minutorum fructuum decimalis, aut tandem quia antiquissimis pactionibus, vel consuetudinibus, Paraecianis Ecclesiasticis Parochialium reparationem in se ea lege repererunt, ut à Primitiarum solutione haberentur immunes: quapropter haec in re consuli in primis debebunt cuiusque Dioecesis consuetudines, et Sinodales constitutiones debita forma probatae, et receptae, et tunc demum ad regulas generales patebit via, cum illae desierint.

Postrema Tituli pars est de Oblationibus, quorum nomina, si generaliter accipiatur, comprehenduntur etiam decimae, et primitiae: sumi verò solet specialiter, et quidem strictè, ut denotet oblationes, quae fiunt inter Missarum solemnia: constat autem has, coeterasque, quae extra ordinem fiunt, ad Parochium pertinere, nisi voluntas offerentium, aut consuetudo refragetur.

TITULUS XXXI.

De Regularibus, et trans. ad Religionem.

Spectat hic Titulus ad eos omnes, qui rebus divinis intensius vacandi studio regulae speciali se subdant,

TITULUS XXXI. 101

dunt, à qua appellantur Regulares: quorum origo antiquissima est, sive ab Elia, et Eliseo, sumatur, ut quibusdam placet, sive à sancto Essacorū inter Iudeos, aut ab Evangelista Marco, sive denique à Paulo, Antonio, huiusque Discipulis Pachomio, Hilario, et Macario. Illud certum est eos ab initio nullam habuisse communem regulam, sed tantum præcepta, quae à Superioribus præbebantur; item varias fuisse eorum species, tum in Oriente, tum in Occidente; deinde vero manserunt Coenobitae, et Anachoretæ, reprobatis Sarabaitis, et Gyrovagis. Emerserunt denique plurimæ eorum species, quarum plerasque hodie conspicimus, quæque diversis reguntur institutionibus a Sede Apostolica aprobatis; quod omnino necessarium est post Constitutionem Innocentii III. in Concilio Lateran. licet antea alter obtineret.

Cum per ingressum in Religionem speciali vivendi forme quis subjiciatur, ipsa res satis docet spontaneam, liberamque requiri voluntatem: uti etiam certam præfiniti debuisse aetatem, infra quam nemo profiteretur, ne scilicet imbecilli, præmature quoque iudicis poenitendi frustra viam sibi quisque pareret, cap. 1. b. tit. ubi haec leguntur ex Concilio Moguntino: *Nullus tonderetur nisi in legitima aetate, et spontanea voluntate.* Coeterum in utroque capite varia disciplina, multaeque occurruunt difficultates. Exstant quidem in Corpore iuris plurima decreta, quae exposcut liberam hanc Regularis voluntatem; sed in aliis invenimus oblationem à parentibus factam eandem olim habuisse vim, ac propriam Monachi voluntatem. Monachum, aut paternam devotio, aut propria professio facit, dicitur in canonе 3. eau. 20. quæst. 1. multique alii sunt apud Gratianum in eadē quaestione, et aliis, non dissimiles; præcipue ex Concilio Toletanis depropiti. Facile non est exacte hanc disciplinam explanare sal-

saltem sine longa discussione; receptiora ergo tantum referam. Constat ex plurimis canonibus apud Gratianum, oblationem parentum predictam vim habuisse; coeterom haec disciplina generalis non fuit, obtinuitque tantum in quibusdam Ecclesiis Occidentis, praesertim vero in hac nostra Hispania: quod tribuant erudit, inter quos Berardus, principis patrias potestatis, que ius Romanum induxerat; quod, cum diutius servatum fuerit in Hispania, quam in aliis Regnis, mirum non est, si patriae potestati, quea iuxta Romanos ius vite, necisque habebat, ea vis tribueretur. Aliud observatum fuit in Oriente; et in quibusdam quoque Provinciae Occidentalibus adjecta moderamina sunt huic disciplinae: unde provenit, quod occurraat passim caedones diversam disciplinam circa oblationem parentum exhibentes, non semel etiam ab his corrupti, qui sanctiones varias inter se componentes intendebant. Sublata denique omnino fuit haec disciplina; proinde, quanvis congruum, valdeque conveniens sit, ut filii rem adeo gravem parentibus prius denuntient, professio autem absque eorum consensu facta valet, et e converso nulla foret, si paterno arbitrio filius invitus cogeretur. Similiter autem plura saluberrima statuta sunt, ne filii aliorum precibus, aut blanditiis decipiantur: in quo non tantum Episcopi, et eorum Vicarii Generales, sed et Iudices saeculares invigilare apud nos solent.

M. Ex Concilio Trident. si Regularis quicunque praetendat se per vim, et metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante aetatem debitam professum fuisse, aut quid simile; velutque habitum dimittere quacunque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum; audiri non debet nisi tantum intra quinquennium a die professionis, et tunc non alter quam si causas, quas praetenderit, deduxerit coram Superiore suo, et Ordinario. Deinde statuit Concilium, quod si antea habi-

tum

tum sponte dimisserit, nullatenus ad allegandam quicunque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, et tanquam Apostata puniatur, et interim nullo privilegio suae Religionis iuvetur, sess. 25, de Regularibus, cap. 19.

S. Pontifex Benedictus XIV. editit in hanc rem Constitutionem, quae incipit: Si data 4. Martii anni 1748. et in qua exactissima continetur norma in huiusmodi causis procedendi, tum in prima, tum in ulterioribus instanti; eaque ad amissim servanda est quotiescumque illae occurrant, ne aut professio-nes validae effectu careant, aut per vim, vel me-tem elicitae, aut alia qualibet ex causa nullae sus-tineantur ob Superioris Regularis, aut Ordinarii ne-gligentiam, dolenda nimis plurimarum animarum perniciis exinde oriatur.

Antiquitus certa regula non erat, quae aetatem ad Religiosam vitam ineundam necessariam definiret, sed varia observabantur statuta. Iure Decretalium receptum generaliter fuit, ut eadem aetate posset quis religionem proficeri, in qua matrimonium contrahere; ex sententiis nempe D. Ambrosii, quae inva-luerat in Occidente: si qui autem fuissent ante hanc aetatem professi, non tenebant Religioni, et poterant etiam a parentibus revocari intra annum, et etiam eo transacto in Monasteriis valde remotis, quoties ipsi non consenserint, quanvis verum sit etiam in Decretalibus exceptionem inveniri deduc-tam ex epistolis D. Gregorii, qui in Monasteriis In-sularum pueros ante decimum octavum annum susci-pi noluit, quia in eis dura erat Monachorum Con-gregatio, cap. 6. b. tit. unde occasionem desumpsi-se Carthusianos coniicere licet ad requirendam in professuris virginis angorum aetatem, eam necessaria-riam indicantes militiae adeo laboriosae sustinendae, ut sese explicat Van-Espenius. Inductum etiam fuerat, ut professuri probarentur prius per annum, vel trien-

triennium iuxta varias Ordinum Constitutiones: verum censebatur renuntiari huic iuri posse à Monacho, et Monasterio, quasi eorum favore fuisse introductum; unde eveniebat plures praepropera, et immatura professio. Sed hūc, aliaque incommodis obviam itum est in Concilio Trident. in quo statutum in primis fuit, ut nulla sit professio, quae facta fuerit ante expletum decimum sextum aetatis annum, tam in foemini, quam in masculis: deinde cunctum fuit nullam aequē esse professionem, nisi praecessent probationis annus, quin proficiat contraria Monasterii, et Monachi voluntas: ubi animadvertisendum est, Concilium non substulisse peculiares quorundam Ordinum sanctiones, quae provectionem aetatem requirunt, ut et Sacram Congregationem respondisse scribit Fagnano. Quid vero si in his Ordinib[us] hodie professio fiat post expletum quidem decimum sextum annum, sed ante eum, quem specialis constitutio requirit? Eam validam fore censent Berardus, et Van-Espenius. Notandum etiam est, quod frequens occurrit mentio in Decretalibus professionum tacitarum; easque Concilium Trident. non substuisse tenet Van-Espenius cum Fagnano, dummodo coetera omnia serventur; quod nec ausus est reprobare Berardus.

Ex his patet locum iam non esse omnibus illis iuris canonici locis, in quibus ante predictam aetatem, aut absque probationis anno in quibuslibet adiunctis professio valida assentitur, ut contingit in *capitulis 2. 4. 8. 9. 11. 12. 14. 16. et 20. b. tit.* quod generanter in Tyrorum gratiam animadvertere sufficiet, ne singula, quae in eorum unoquoque continentur, adiuncta expendendo, longa, et non adeo necessaria discussione moremur.

Quoad formam probationis spectat nihil necessum est animadvertere, nam ipsa res satis docet quenam comprehendere debat. Olim praeceptum in

in quibusdam Congregationibus erat, ut Novitiis in veste laicali permanerent usque ad professionem, ut nimirum maiori sic fungerentur libertate; quòd etiam tendit consuetudo non ascindendi pueris capillos in Noviciatu: et sanè optandum foret, ut haec consuetudo generaliter servaretur, vel potius, ut omnino veste induerent laicali usque ad professionem; forsam non tot puellae deciperentur falso dedecore, quo obrui ineptè putant, si suscepto semel habitu, capillis abscissis ad sacculum spiritu Dei ductae revertantur. Ego sane debito, eoque maximo honore, Ordines Religiosos prosequor; dolui tamen nonnquam abusus, qui sive in iis, sive in examine, quod ante professionem fieri debet, alicubi vigent. Quoad solemnia professionis unusquisque Ordo suis singularibus legibus regitur, quae minimè attingunt substantiam. Plura de hac re dabimus in titulis sequentiis.

In *cap. 1. b. tit. inter Extravag. commun.* prohibet Martinus V. sub poena excommunicationis transitum Fratrum Mendicantium ad alium Ordinem, excepto Carthusianis. Concilium Trident. in *sess. 14. de Reform.* *cap. 11. vagandi, et apostatac adiutum præcludere cupiens, statuit, quod nullus Praefatus vigore cuiusvis facultatis aliquem ad habitum, et professionem admittere possit, nisi ut in Ordine ipso, ad quem transferatur, sub sui Superioris obedientia in claustro perpetuo maneat.* Deinde in *sess. de Regular. cap. 19.* decernit, ut nemo Regularis cuiuscunque facultatis vigore, transferatur ad laxiorem Religionem. His vero decretis adiungendae sunt Constitutiones Quacquaque S. Pii V. ann. 1569. Constitutio *Sacerdotum* Urbani VIII. ann. 1624. Constitutio *Liberorum* Benedicti XIII. ann. 1726. et tandem Constitutiones *Pastor bonus* Benedicti XIV. ann. 1744. simul cum alijs eiusdem edita anno 1745. quae incipit: *Quod inscrutabili.*

Tom. II.

O

TI.

TITULUS XXXII.

De Conversione coniugat.

Queritur in hoc titulo de coniugatis, qui iuxta formam in superiori traditam volunt Monasticam vitam amplecti. Et quidem distinguendum est inter matrimonium ratum tantum, et illud, quod consummatum fuerit per copulam carnalem: si de rato sermo sit, vulgo traditur libertum esse coniugato Religionem ingredi etiam sine sui coniugis consensu, dissolvique tunc ipsum matrimonii vinculum, ita ut coniux in saeculo remanens aliud liberè contrahere possit: quoties vero matrimonium est consummatum, asseruntur non posse coniugem Religionem profiteri inconsulto, et non consentiente coniuge; neque, quanvis consentiat, matrimonii vinculum dirimi; prouindeque debere alium coniugem etiam monasterium ingredi, aut saltem votum emittere contraentia iuxta proprii Episcopi praescriptum, cuius est arbitrari attenta aetate, aliquis adiunctis, an sat prouisum eius securitatis sit simplici voto continentiae, quia Religionem ingredi adiungatur, cap. 4. et 18. b. tit. Verissima sane haec sunt, cum et Sinodus Trident. illos damnaverit, qui asserunt, matrimonium ratum, non consummatum, per solemnum Religionis professionem alterius coniugis non dirimi. Coeterum quoties quaeritur ratio huius iuris, non satis apta esse argumenta, quae ab Interpretibus congeruntur, censem Berardus. Ea prae-termitto, cum notissima sint, et apud quemcunque Commentatorem videre quis possit, meminisse tantum contentus verba, quae tribuantur Alexandro III. in capitibus 2. et 7. & tit. quorum in primo asservatur alterum coniugem, etiam altero repugnante, ad Religionem transire posse dummodo carnalis commixtio non intervenierit inter eos, quia cum non fuisse

sene

TITULUS XXXII.

107

sunt una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, et alter in saeculo remanere: in secundo vero postquam eadem sententia firmatur, haec verba leguntur: *Sane quod Dominus in Evangelio dicit, non licere viro, nisi ob causam fornicationis, uxori suam dimittere, intelligendum est secundum interpretationem sacri eloqui de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consumari non potest.*

Sententiam Berardi, momentaque rationum, quibus ea munitur, breviter exponam, ut lector indicet an non firmiora, solidioraque illa sint, quam quae vulgo faciliuntur, quaeque placere mini nunquam potuisse fateor.

Matrimonium semel legitimo modo contractum, sive ratum tantum sit, sive consummatum, omnimeam sui natura indissolubilitatem continere, dubitari a nemine posse videtur, postquam definitum fuit, et receptum constantissime, matrimonium ratum anterius praeferriri debere posteriori consummato: ex praedicta autem regula fluit, utrumque coniugium, hoc est, tam ratum, quam consummatum, morte solùm alterutrius coniugis dissolvi, si loquamur de potestate Ecclesiar. quae, licet amplissima, tanta tamen non est, ut matrimoniale vinculum dissolvere queat iuxta illud ab Adamo spirito profetico prolatum: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Coeterum quando infinitam Dei potestatem consulimus, cui nihil indissolubile, nihil reservatum; ultrò omnes animus, quolibet coniugium, tam consummatum, quam ratum, dissolvi per eam posse. Iam vero, leges a coniugibus servandae eo modo dispositae sunt, et ordinatae, ut officia in coniugem praestanda, praeferaenda sint officiis quae parentibus debentur, iuxta illud: *Propter banc relinquat bonus patrem, et matrem, et adhaerebit uxori suae:* verum officia Deo debita primum semper obtinere locum secundum

O 2

Evan-

Evangelicum praeceptum. Si ergo coniux post contractum matrimonium agnoscat in se Dei spiritum, obediens ipsi tenetur, et ad Religionem relicta uxore transire, sive tantum ratum fuerit matrimonium, siue etiam consummatum; dissolveturque tunc matrimonii vinculum, non homine, sed D^eo solvente. Hoc nihilominus difficitur vulgus Interpretum ex eo, quod videat coniugium ratum dissolvi quoad vinculum per ingressum in Religionem, non aequè consummatum, sive existimat primi vinculum dissolubile esse, non ita secundi, et verba illa: *Quod Deus coniunxit, homo non separat*, intelligit tantum de matrimonio consummato; quod tamen nullatenus ostendi valet, neque satis adpositè asseri videtur, si attente scrutemur primam matrimonii institutionem, eiundemque uti oportet contracti primarium finem, atque effectus, praecipue præ oculis habentes, copulam carnalem non esse de essentia matrimonii, illudque ante consummationem non minus perfectum esse, quam post consummationem. Berardus censem, quod coniugii rati vinculum dissolvatur per Religionem, non etiam consummati, non provenire ex eo, quod primum dissoluble sit, non etiam secundum; sed ex eo, quod facilius praesumatur divina voluntas in rato, quam in consummato: quod percipietur ex sequentibus. Ne coniuges facile seducantur, aut seducere velint, iudicat Ecclesia de spiritu Dei in ipsis, si eo ad Religionem se vocari dicant; Ecclesia autem agnoscere Dei voluntatem debet humana modo, cum revelationes, aut miracula expectanta non sint: itaque, si coniux ante consummatum matrimonium se spiritu Dei ad Religionem duci dicat, Ecclesia facilè credit, cum regulariter nullae eo tempore ad sint causæ, quae cogant coniugem matrimonii poenitentie; non tedium uxoris, cuius amplexus ardenter expetere tunc solent homines, neque onus liberorum, cum nullum adhuc habeat; unde genera-

Nota.

ra-

raliter permittit Ecclesia huiusmodi matrimonii vinculum dissolvi; at verò dissolvitur tunc non Ecclesiae, sed Dei potestate, cuius voluntatem Ecclesia declarat. Consummate matrimonio, licet aequè dissolvi debet coniugium, si Dei voluntas appareret, merito non credit Ecclesia coniugi eam alleganti, cum plurima iam sint, quae coniugem suspectum reddant: si tamen aliquando extraordinaria divina voluntatis signa adessent, declararet haud dubie Ecclesia in eo casu matrimonii, quanvis consummati, dissolutionem, cum hac divina voluntas superet omnem legem, et nemo ei resistere valeat.

In praedicto capite 7. b. tit. consultus Alexander III. de muliere, quae viro copulari renuebat, asserebatque se Religionem profiteri velle, duorum mensium illi tempus praefuit, ut ad Religionem transeat, aut ad virum suum redeat: unde generaliter assurit prædictum spatium coniugibus tributum esse, ut deliberetur matrimonii consummationem, aut transitum ad Religionem.

Coetera tituli capita sigillatim percurrere necessum non est, cum omnia eo tendant, ut probetur quod supra innuimus, nempe post consummatum matrimonium alterum coniugem in Religionem transire non posse absque alterius consensu, et quia simul et ipse ad Religionem transeat, nisi morum probitas, senilis aetas, aliaque adjuncta suadeant sufficere quod emissio simplici voto continentiae in saeculo maneat, quod in prudenti arbitrio Episcopi positum est.

Animadvertisendum est matrimonium tantum ratum prædicta formâ dissolvi, non per transitum, aut ingressum in Religionem, sed per professionem solemnem, quanvis promiscuè de ingressu in Religionem, aut professione sermo fiat. Deinde sciendum voto solemni, aut solemnizato per suspicionem sacri ordinis eandem vim quoad hoc non esse, licet ea-

Nota.

UNIVERSITATIS VATICANAE LIBRARIAE
LIBRARY OF THE VATICAN UNIVERSITY

110 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

eadem videatur ratio, nam S. Pontifex Ioannes XXII, in *Extravag. un. de Voto*, et voti redēptione expressè declaravit, antiquæ concertationi finem imponens, illud invalidum esse censemū ad dissolvendum matrimonium prius contractū, etiam si per carnis copulam non fuerit consummatum; ex eo ait Sum. Pontifex, quod nec iure divino, nec per sacros canones reperimus hoc statutum.

Non minimam lucem haec accipient ex his, quae exponentur titulo sequenti.

VERITATIS
TITULUS XXXIII.

De Conversione Infidelium.

Continetur in hoc Titulo alia causa dissolvendi coniugii fundata etiam in divina voluntate, de qua egimus in superiori. Expressam̄ cam habemus apud Apostolum: ait enim in Ep. 1. ad Cor. cap. 7. Si quis frater habeat uxorem infidelem, et baē consentit habita-
re cum illo, non dimittat illam; et si qua mulier fi-
delis habeat virum infidelem, et hic consentit habita-
re cum illa, non dimittat virum; sanctificatus est
enim vir infidelis per mulierem fidem, et sanctifi-
cata est mulier infidelis per virum fidem: quod si
infidelis discedit, discodat, non enim servituti sub-
jectus est frater, aut soror in huiusmodi.

Hinc patet, quod ex doctrina Apostoli si infide-
lis coniugus ad fidem convertatur, ex eo pendaat
dissolvi coniugii, quod aliis coniux velit etiam ad
fidem converti, aut saltem cohabitare sine contumelie
Creatoris; nam in his casibus subsistet coniugium;
sia vero neutrum efficeret velit, dissolvetur
eius vinculum, etiamsi fuerit consummatum, ex di-
vina nempe voluntate. Si infidelis non deliberet, trah-
ditur vulgo præfigendum ipsi esse tempus à Indice;

quod

TITULUS XXXIII. TIT.

quod si validē remotis degat, obtinuit, quod conver-
sus impetrata S. Pontificis dispensatione ad aliud ma-
trimonium, Religionem, aut sacros Ordines transire
possit.

Notandum hic est matrimonium in hoc casu ex
teriori sententia tunc dissolvi, cum conversus se-
cundas nuptias contraxit, aut emissit solemne vo-
tum continentiae; quapropter si, antequam quid ho-
rum faciat, alius coniux convertatur, consolidari de-
bet matrimonium, utpote non dissolutum, ut mon-
uit Benedictus XIV. quanvis infidelis contrarium
fuissest antea protestatus. Deinde dicendum est haec
omnia ita procedere, si matrimonium fuerit con-
tractum in infidelitate multo adstante impedimento;
aut eo tantum quod inductum sit inter Ecclesiastico; //

si enim contrarerunt adversus ius divinum, aut na-

turale, nullum fuit inter eos matrimonium.

Haec doctrina ad eum extendenda non est, cuius
coniux in haeresim incident, et in ea perma-
neat, aut coniugem in crimina inducat; tunc enim
consuli quidem Ecclesia separatione qmād torum, et
habitationem, matrimonium autem durat; vel quia
Apostolus tantum de infidelitate locutus est, vel
quia non adest in tali coniuge idem periculum per-
versionis, quod in infidelis converso, cuius fides te-
nra adhuc est.

Quaeritur in cap. 2. cuinam relinquendi sint li-
beri talium infidelium: et, cum ibi de infantibus
ageretur, respondit Pontifex tribuendos esse conver-
so in favorem Religionis; si autem egressi infan-
tiam sint, censet Berardus relinquendos fore suae
libertati, cum nemo debeat invitus ad Religionem ad-
ducī; sed forsitan incongrue ego existimo accom-
modari posse impuberibus omnibus, etiam infantiam
egressis, S. Pontificis decisionem, com infirmum sit //

eorum iudicium, et magna sit causa, quae pro Re-
ligione facit.

TI-

TITULUS XXXIV.

De Voto, et voti redēptione.

Ex eo, quod Religiosi vota emittant in Professione, adiungitur recte hic Titulus superioribus. Definitur vulgo votum promissio deliberata Deo facta de meliori bono: quibus verbis comprehenduntur plerique ad eius cognitionem necessaria: namque in primis ex eis satis colligitur quām religiosè vota servanda sint, cum non alii, quam ipsi Deo quis se obligaverit: deinde apparet non omne propositum, seu conceptionem boni explicandi votum appellari, ut dicitur *cap. 3. b. tit.* sed promissionem seriam, et deliberatam; cuius cum incapaces sint in aetate tenera constituti, ideo voto non obstringuntur, aut saitem facilè cum eis dispensabitur. Illi quoque omnes, qui alieno arbitrio subjecti sunt, non possunt vovere ea, quae exequi nequeunt absque eorum in commmodo, quibus parere tenentur, sine horum consensu; tales sunt Religiosi, filii in potestate parentum, maritus, et utor: nihilominus, si deliberatè, et liberè promisserint, recte sibi consulentes adeundo legiūm Superiore, cuius officium erit votum in aliam rem, quae impleri ab eis valeat absque horum, quibus subjecti sunt, praeiudicio, commutare. Neque turbare quemquam debet *caput 9. b. tit. §. 4.* ubi assetur viros praeter assensum uxorum suarum emittere posse liberè votum ultramarinum, liberèque illud adimplere, licet commoneandae attentius sint uxores, ut consentiant: id enim, sicut et alia singularia plurima, statutum fuit in Crucitiae, seu expeditionis in terram sanctam, gratiam, cui omnia cedere debere credebatur; quod satis iuvat Innocentius III. dum ait se id statuere in tanta necessitate Populi Christiani, ne terrae sanctae impeditetur subsidium.

De-

TITULUS XXXIV. 113

Denique ex eo, quod votum esse debet de meliori bono, sequitur, promissionem turpem, vel de objecto aliis bono in malum finem relato, aut penitus inanem, et frivolum, nullam inducere obligationem, gravisque criminis reos esse, qui talia Deo pollicter audent: itaque nullum erit votum, si quis voveat rem indiferentem, id est, eam, quae nihil secum emolumenti, aut divini honoris afferat; foret enim vanum, imò et nonnunquam superstitionis: idem erit si res necessaria, aut impossibilis voveatur, veluti si quis stupidè se moriturum, aut non moriturum voveret; quia votum, ut ait Dominicus Soto, debet etiam esse à prudentia profectum. Nihilominus opera praecepti, quatenus in nostra sunt voluntate, materia sum voti, quia, licet eorum impletio sit necessitatis, non est tamen simpliciter, si cut mori, ideoque praecepta liberè adimplemus. Elegerat Innocentius III. in *cap. 7.* ait, attendendum esse in omni voto quid licet secundum aequitatem, quid deceat secundum honestatem, et quid expediat secundum utilitatem. Haec facile quisque videt pendere ex adjunctis; quae, cum alia, atque alia esse possint pro varietate temporum, locus fit commutationi, prorogationi, aut redēptioni, vel dispensationi. Verum ad haec omnia intervenire debet auctoritas legitima, de qua plurimae sunt quaestiones, et quampplures quoque observandas sunt distinctiones. Et quidem in primis receptum est, voventes ipsos commutare posse quaelibet vota in evidenter melius, praescertum in eodem genere, veluti si votum castitatis temporale commutent in perpetuum; tunc enim cumulatus solvunt. Ob hanc rationem dicitur, vota in saeculo missa extinguui per religiosam professionem, sive perpetua illa sint, si ve temporalia, quavis in *cap. 4. b. tit.* sermo sit de obsequio temporali, proindeque solūm videatur intelligendum de votis temporalibus, non de perpetuis;

Tom. II.

P. nam

114 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

nam et perpetua per professionem religiosam extingui, communis sententia est, quanvis profens de huiusmodi votorum extinctione non cogitaverit. Excipiuntur vota, de quibus profens ita cogitaverit, ut eorum obligationem perdurare intenderit: item in favorem tertii elicia, ab eoque acceptata, cum transierat in contractum, et naturalem peperiret obligationem: tandem iurata, in quibus praeter vinculum promissionis adest aliud proveniens ex reverentia Deo debita sub diversa ratione. Aliud sane suadere videtur *caput* 10. namque inuitur in eo, virum, qui votum emiserat suscipendi habitum religiosum, eoque non impleto, vocatus fuerat ad regimen Ecclesiae cuiusdam, reddere Altissimo debere votum, si suam sanare velit conscientiam; verum autem aliunde est statum Episcopalem perfectiorem esse Religioso. Censem Berardus minimè ex hoc capite colligi, quod votum commutari nequeat in evidenter melius propria auctoritate, cum proposita ibi fuerit ab Innocentio III. electio nulla, nempe criminosi ob voti iteratum transgressionem: quae interpretatio, cum verbis capituli plurimum conveinat, magis placebit cuicunque attentè consideranti, quam illae, quae ab aliis afferuntur.

* Deinde irritare potest maritus vota uxoris omnium, nullo excepto iuxta Dominicum Soto de *Iustitia, et Iure*, lib. 7. quest. 3. dispensare autem neutiquam posset, cum hoc proprium sit Praelati spiritualis. Praelati Regulares, parentes, tutores, atque domini, eadē funguntur potestate in votis à Monachis, filiis, pupillis, aut servis emissis.

Quoad commutationem, et dispensationes regula generalis est, Episcopis hanc facultatem inesse in votis subditorum, illis tantum exceptis, quae Sedi Apostolicae reservata sunt; in quo numero recentur votum Religionis; perpetuae continentiae non conditionatum; peregrinationis ad Hierosolimam, Apostolorum Limina, et Compostelam; sive expressa

TITULUS XXXIV. 115
sè haec sibi S. Pontifices reservaverint, sive usu tantum id invaluerit.

Coeterum longè distat commutatio à dispensatione; per hanc enim relaxatur obligatio, cum per illum solùm transferatur in aliam rem. Praelati accurate inspicere solent, utrum dispensare, an tantum commutare debeant; verè enim non rectos facultatis sibi concessae dispensatores sese exhiberent, si, cum commutando satis consuli possit causae obstanti ex parte materiae voti, personae voventis, vel rationis boni communis, dispensationem indulgerent.

Circa materiam voti, causam ad dispensationem, aut commutationem requisitam, item quoad vota, quae emittuntur in professione religiosa, plurima passim ocurrunt dubia, quae nec leviter attingi possunt absque longa tractatione: regulas ergo illas generales innuisse sufficiat, quibus nonnulla adiungenda erunt in *título* seg.

In *capitibus* 8. 9. et 11. b. tit. singularia quedam conspicuntur, quae inducta fuere occasione expeditionis in terram sanctam, sive Cruciate à Christianis initae post Concilium Claromontanum anno 1095. sub Urbano II.

TITULUS XXXV.

De Statu Monachorum, et Canonicorum Regularium.

C Continent in hoc Titulo coetera, quae spectant Monachorum vitam, votorumque, quae emiserunt, observantium.

Haec regulariter tria sunt, paupertatis, scilicet, obedientiae, et castitatis, quam etiam expresse vovent à tempore S. Francisci Assisi. In voto paupertatis continetur in primis abdicatio omnis proprietatis, quae essentialis est professioni religiosae; cum

P 2 in

in ea voveatur observantia consiliorum Evangelicorum, in quibus expressè illud inventitur: *Si vis esse perfectus, vende omnia, quae habes, et da pauperibus.* Proficiscitur id etiam ex ipsa rerum natura, nam, ut beilé Soto, religionis monasticae institutio est, illam amplectit disciplinam, per quam ad perfectionem charitatis expeditius ascendatur; primum autem, quod hominum animos fascinat ad sui amorem incitat, est rerum possessio; nam, cum pecuniae obedient omnia, qui illam amat, per eam cuncta concupiscit, et qui illam abicit, omnium quodammodo mundanorum affectus ab se facilè amputat. Sic in Concilio Augustodonensi dicitur: *Primus titulus hic est Monasticæ disciplinae, ut Abates, vel Monachi peculiare non habeant.* In Concilio Lateranensi sub Alexando III. anni 1179 in canone 10. ex quo desumptum fuit caput 2. b. tit. baec habentur: *Monachi non pretio recipiantur in Monasterio, non peculium permittantur habere;* qui verò peculium habererit, nisi ab Abate fuerit ei pro iniuncta administratione permisum, à communione removetur Altaris; et qui in extremis cum peculio inventus fuerit, et digno non ponenterit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter Fratres accipiat sepulturam: quod etiam de universis Religiosis praecipimus observari. Innocentius III. in cap. 6. cod. praedictarum Lateran. sanctioni innitens, ita sese explicat: *Firmiter inhibimus, ne quis Monachorum lineis camisis uteatur;* Prohibemus quoque districte in virtute obedientiae sub oblatione divini iudicii, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possileat; sed si quis aliquid habeat proprii, totum in continentia resignet. Si verò post hoc proprietatem aliquam reprehensus fuerit haberet, regulari monitione prævia, de Monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius, nisi paucitate secundum Monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum per-

perditionis extra Monasterium in sterquilino subterretur, secundum quod beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse (1). Unde si quidquam alicui specialiter fuerit destinatum, non praesumet illud accepere, sed Abboti, Priori, vel Cancellario assignetur: Nec aestimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare; quia abdicatione proprietatis, sicut et custodia castitatis, ad eō est annexa regulæ monachali, ut contra eam nō S. Pontificis possit licentiam indulgere. Et quidem relata Conciliū Lateran. sanctio indulgebat ^{Juanus II.} at Monachus, ^{reverentia.}

(1) Cabazutus in Notitia Ecclesiastica saeculi XII. in eam 10. Conciliū Lateran. III. haec habet. Eadem pertinet Conciliū Londonensis cap. 2. necnon relatio S. Gregorii Papae II. 4. Dialog. cap. 55. de Monacho, cui lustro nomen erat, qui laborans extrema aegritudine, deprehensus fuit occuluisse sibi tres aureos, quem ipse Gregorius à Fratribus Monachis visitari usque ad mortem prohibuit: defunctum vero in sterquilino sepe trahi cum tribus aureis fecit, unoquoque Fratrum, dum terri profanam cadaver operiebatur, dicente illi *Pecunia tua recum sit in præditionem.* Quia vero gravem in extremis de suo delicto in illa Fratrum derelictione conceperat animi dolorem, solo ei adstante carnali fratre artis Medicæ professore, post sexaginta ab obitu dies eidem fratri apparens denuncavit se gravibus poenis liberatum occasione trinitatis Missarum, quas Gregorius ipse Praepositus Monasterii, claus, et coeteris insculps, pro eiusdem refrigerio lassaret offerte.

bus, bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conventuum ad solos officiales erendum, ad nutum Superiorum amovibiles, pertinet. Mobilium vero usum ita Superiores permittant, ut eorum superlex statutu paupertatis, quam professi sunt, conveniat; nihilque superfici in ea sit, nibil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis alter quidquam babere deprehensit, aut convictus fuerit, et biennio activa, et passiva voco privatus sit, atque etiam iuxta statu regulae, et Ordinis Constitutiones puniatur. Deinde Clemens VIII. in Constit. Nullus 25. Junii anni 1599. quid hic in re à Regularibus sit observandum, clare admodum, atque distincte, expressit, eniū ideo verba transcribere non pugnat: Quod Tridentini Concilii decreta (ait in §. 2.) de paupertatis voto custodiendo fideli observentur, praecipitur, ut nullus ex Fratribus, etiamsi Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, preuentus, census, elemosias, sive ex concionibus, sive ex lectiōnibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quam ubique celebrandis, aliore ipsorum iusto labore, et causa, et quocunque nomine adquisita, etiamsi subsidia contanguineorum, ac pitorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit; sed ea omnia stain Superiori tradantur. Conventusque incorporantur, atque cum coeteris illius bonis, redditibus, pecunia, ac praeventibus confundantur, quod communis inde victus, et vestitus omnibus suppeditari possit. Neque Superioribus, quicunque illi sint, ullo pacto licet eiusdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilita, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodie nomine concedere. Nulla queritur conuenire Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobiliā.

lia, Fratres excusare possit, quo minus culpae, et poenae ab eiusdem Concilii decretis impositae, et ipso facto incurrande, obnoxii sint; etiamsi Superiores assēderent huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse; quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, et aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, et redditum sui Conventus, etiam nomine Conventus, per se ipsum habere, sive exercere possit, sed universum id onus tribus Fratribus eiusdem Conventus a Generali ita demandetur, ut unus rerum, et bonorum, redditumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat; alter tanquam depositarius pecunias, et coetera ab illo collecta, et exacta fideliter asservet; alius de pecuniis, et rebus a Depositario acceptis Priori, et Fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed tanta charitatis regulam, veluti bonus dispensator, provideat officiorum huiusmodi confusionis peritus interdicta.

Innovata posterius fuit hac Constitutio a Sum. Pontificibus Paulo V. Gregorio XV. et Urbano VIII. Plures quoque Congregatio sac. Concilii iuxta eandem resoluti: inq interrogata, an, Superiori, quantumvis requisito, necessaria suis Regularibus negante, licet ipsis clam, vel invito eo, illa sibi comparare, seu retinere, respondit, non licere; uti refert Giraldi ad hunc titul. ex Quaranta in Summa Bullarum, verbo casus reservati.

Hic serio monitos velim (ait Giraldi, et ipse Regularis) quoscunque paupertatis voto, tam simplici, quam solemnii, et hoc potissimum obstricis, ne cum periculo damnationis aeternae se allucinentur, putantes, sibi licitum esse citra sacrilegam dicti voti fractionem, pecuniam, cuius usum habeant, cuicunque ludo exponere. Nec existimant se tuos in foro conscientiae, si id faciant cum licentia suorum

rum Superiorum , si forte hodie , et cum hac faciant ; quandoquidem omnia iura clamant , his omnino interdictum esse concedere propriis subditis facultatem quidquam erogandi in usus profanos , et contra ipsorum statum , sed in necessarios duntaxat , licitos , et honestos .

Quod Monasteria ipsa attinet , adhibenda distinctione est , cum nonnullis Religionibus bona immobilia in communi habere permittatur , alii vero etiam hoc vetitum sit . Sinodus Trident. in praedict. sess. 25. de Regularibus cap. 3. concessit omnibus Monasteriis , et Domibus , tan virorum , quam mulierum , et Mendicantium , exceptis Domibus Fratrum S. Francisci , Capuccinorum , et eorum , qui Minorum de Observantia vocantur , etiam quibus , aut ex constitutionibus suis erat prohibitum , aut ex privilegio Apostolico non erat concessum , ut deinceps bona immobilia possidere eis liceat . Quanvis enim genere suo mendicites omnimoda preferenda sit , potest nihilominus ratione finis , aliarumque circumstantiarum , pro tempore , et loco codicentius esse , ea in communi possidere , quae Monachorum victui sunt necessaria , ut egregie ostendit Dominus Soto , Ordinis Praedicatorum praecellens decus , de Lusitania , et Iure lib. 7. quæst. 5. art. 2. ubi simul affert mendicitatis incommoda plura ; quoniam (ait) illa Monachorum divagatio , quae ad victum quæreadum necessaria est , otium non secum permittit , quod opere pretium est ad spiritualia munia in illis Ordinibus , qui instituti sunt ad contemplationis opera , et prædicationem . Deinde , diversam temporum indolem considerans , postquam charitas refixit (inquit) mendicantes molesti sunt Populo , et onerosi ; qua ratione vilesceret Religio in eius oculis incipit : præterea nimia egestas cogere mendicos assolet aliqua negotia cum saecularibus tractare , et aliquibus quandoque improbatibus victimum extorquere , que-

co-

eorum Instituta obscurant . Addit quod , quando Religiones in illa sincera mendicitate institutæ fuere , multa suffragarentur , que ab aliquibus iam temporibus languere videmus ; summa nempe victimus partitas , et vestitus vilitas ; tum etiam maior vitae ipsius monasticae splendor .

Haec , aliaque , quae omittere duxi , attentè consideranti persuasum erit , Religionum splendorem auctum in dies iri magis , magisque , si cuiilibet cuiuscunq; Instituti Monacho necessaria ad victimum , vestitum , aliaque , quae eius statum decent , præbererentur absque ulla necessitate stipendiis concionum , et Missarum , atque amicorum largitionibus inhiandi ; quod facilimè fieri valeret absque ullo , aut Monachorum ipsum , vel Religiosi status , aut Populi gravamine : imo utrisque non modico contingente levamine , et commodo .

Votum castitatis , quod secundum est , non adeò longam exigit explanationem . Constanus apud omnes est , castitatem ita esse annexam religioni , ut nulla humana dispensatione separari queat .

Quod super diximus de Innocentio III. in cap. 6. b. tit. èo nos recta ducere videbatur , ut inquireremus , an S. Pontifex dispensare queat in castitate cum religioso ; coeterum à quæstione abstinentie satius dicimus , receptam sententiam exponere contenti , iuxta quam traditur , Papam non posse dispensare in substantia aliquius voti religiosi in sensu composito ; hoc est , ut quis maneat Religious , et habeat proprium , vel uxorem ducat ; quod inuere videntur verba Innocentii III. praedicto loco ; posse tamen id efficere in sensu diviso ; hoc est , posse tollere totum vinculum professionis Religious , et hominem religiosum saecularizare .

Status Religious non minus requirit obedientiam , uti adversus Lutherum solidissime probarunt omnes Catholicos .

Tom. II.

Q

Te-

Tenentur praeterea Regulares in coeteris omnibus vitam suam componere ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum, tam quoad vitam communem, et clausuram, quam in virtute, et vestitu; in quibus omnibus invigilare debent Superiores: si vero et isti fuerint negligentes, incumbere in id iubentur Episcopi, etiam tanquam Sedi Apostolicae Delegati.

Plura saluberrima Decreta edita in hanc rem fuerunt in Concilio Trident. *sess. 25. de Regularibus;* quibus accesserunt deinde quæplurimæ Constitutiones, et Declarationes, quas recensere nimis foret longum: alias autem quisquis capita in *hoc titulo in 6.* et in *Clementinis* inserta contulerit cum Tridentinæ sanctionibus facillime comprehendet singulare ius à sancta Sinodo inductum. Multas etiam utilissimas leges in dies à Religiosissimo Rege nostro hac de re edì, vident lacti boni omnes; è quibus illæ nunquam satis commendari poterunt, quae intercludunt ¹⁷ Monachis varijs vagandi praetextus, cum certum sit parum profuturas sanctissimas Religiosæ vitae leges, quandiu facilis pateat Monachis occasio divagandi. Deinde consulißimæ quoque sunt leges, quæ statuunt, ne plures in unuquoque Monasterio admittantur, quān qui ex redditibus Monasterii, vel ex consuetis ejemosis commodè valeant sustentari; quod statutum fuit in Concilio Tridentino, et renovatum quod haec Regna in saepè citata Bulla *Apostolici Ministerii.*

Frequentissima illa quaestio est, an Monachus ad Episcopatum promotus, subjectus nihilominus maneat observantiae votorum, aliarumque regulae, quam professus fuit, præceptionum. Et quidem communis sententia cum D. Thoma distinguit in religioso tria operum genera, sive observantiarum: aliae sunt, quæ non solum non obstant functionibus Pontificalibus, sed adiutorio esse possunt; tales sunt pau-

paupertas, castitas, et obedientia, quam non relinquunt Monachus Episcopus, dum à Superiorum Regularium obedientia liberatur, sed mutat: ad has autem tenetur Episcopali dignitate insignitus Monachus. Aliae sunt, quæ repugnant, ut solitudo, silentium, à quibus proinde eximitur. Aliae denique medii generis existimantur, quæ scilicet non semper, sed aliquando obstant, veluti ieiunia, et vigilias moderatae, quæ non adeo corpus debilitant, lanis indui, in eis dormire, et alii huiuscmodi: in his autem dispensatione nonnunquam propria auctoritate talem Episcopum uti posse asservit. Coeterum non leves occurrunt difficultates in discernendo quenam res ad alterum ex his oneribus referri debeant. Sed et in regulis ipsis, quas cum D. Thoma, et Soto, proposuimus, nonnullæ occurrunt dubietates: unde ambigi nequit Monachos, dum Episcopi sunt, plurimis sese objicere anxieribus. Sanè silentio prætermittenda non sunt praedicti Auctoris verba: debent autem (ait) Religiosi, ut in audeundis Episcopatibus multo esse cunctantiores, quæ saeculares, ita in administrandis longissime vigilantiores: qui enim sese in Claustra, mundo vale dicentes, abdiderunt, non debent sicuti uxor Loth retro, hoc est, ad saeculares splendores respicere: nam præter Dei offendam, saeculari populo scandalo sunt, ac subinde vilipendio, et ludibrio, nisi palam constet tum renitentes vi suis Claustris extractos, tum Ecclesiis cum omni timore Dei famulari, aliquæ abstineri pompis, quæ non fuerint ad ornamen tum suæ dignitatis necessariae.

TITULUS XXXVI.

*De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint
subjectae.*

Si totius Dioecesis sollicitudo, et cura Episcopo iure ordinario competit, potiori sane ratione incumbere ipsi debet regimen domum omnium, quae Religioni, et pietati specialiter dicatae sunt. Latissimè autem patet haec denominatio; ita ut in ea primò includantur Ecclesiae omnes in Dioecesi sitae, ni docent privilegium singulare, vi cuius exemptae sint ab ordinaria jurisdictione. Idem dicendum est de Monasteriis universis, et Monachis, sive illa priora tempora consideremus, in quibus initiori non con-
sueverunt sacris Ordinibus (1), sive posteriora.

Verum deinde plura obtinuerunt privilegia, ut sese eximerent à jurisdictione Episcoporum: quod et nunc obtinet, quavis coercitum, et limitatum à Sinodo Tridentina.

Nomine etiam Religiosarum Domuum veniunt privata Oratoria. Idem est de Hospitalibus, in quibus plures agnoscuntur species pro diverso cuiusque instituto; distinguunturque nominibus graecis, qualia sunt Xenodochia, Orphanotropha, et alia huiusmodi. Ex his alia sunt laica, alia ecclesiastica, alia mixta, regunturque singularibus foundationis legibus, aut receptis, eisque non improbandis consuetudinibus. In his omnibus prae oculis habenda est sanctio Concilii Trident. in sess. 22. de Reform. cap. 8. et 9. ubi distinctio fit inter Hospitalia, seu Collegia, aut alia

(1) Antiquitus Monachos, ne quidem Abbates ipsos, aut aliis nominibus muncipatus Superioris, ordinibus fuisse insignitos, manifesta etenus omnibus res est, ut nulla indegit probatione.

TITULUS XXXVI. 125

alia pia loca, quae sub immediata Regum protectione constituta sunt, et coetera, quoad visitationem, atque rationum redditionem.

In cap. 2. b. tit. continetur constitutio Concilii Lateran. anni 1215. sub Innocentio III. ne quis de coetero novam Religionem inveniret; quae prohibitiō confirmata fuit in Lugdunensi anni 1274 sub Gregorio X. cap. un. b. tit. in 6.

TITULUS XXXVII.

*De Capellis Monachorum, et aliorum Reli-
giosorum.*

Sermo in hoc Titulo est de illis Monachorum, aut aliorum Religiosorum Capellis, quae Populum habent. Urbanus III. in cap. 1. voluit, ut à Clericis saecularibus ab Episcopo institutis regerentur, non à Monachis, reflecta iis tantum praesentatione. Sed aliud generaliter obtinuit, ut evincitur satis ex Sinodo Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 11. in quo statuitur, ut in Monasteriis tan virorum, quam mulierum, quibus imminet animarum cura personarum saecularium, praeter eas, quae sunt de illorum Monasteriorum, seu Locorum familia, personae, tam regulares, quam saeculares, huiusmodi curam exercentes subsint immediate in his, quae ad dictam curam, et Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, et correctioni Episcopi, in cuius Dioecesi sunt. Deinde cum nonnulli eam praedictae sanctioni adhiberent interpretationem, ut Parochios solum in ea comprehendendi assererent, non vero alios Sacerdotes ab Episcopali jurisdictione exemptos, si aliqua eos administrare Sacra menta continget, ut sit Giraldi; accessit Constitutio Gregorii XIII. quae incipit: *Inscrutabili, anni 1622.* in qua haec habentur: *Ut deinceps tam Re-*

126 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

Regulares, quādā Sacerdotes, quomodolibet excepti, sive animarum curam personarum secularium, Monasteriis, seu Domibus regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive regularibus, sive secularibus incumbentem exerceant, sive alia ecclesiastica Sacra menta, aut unum ex illis ministrere, prævia Episcopi licentia, et approbatione, sive quoquo modo in dictae curae exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel aliquicu ex illis administratione de facto disque auctoritate se ingerant; in his, quæ biusmodi curam, seu administrationem concerunt, omnino ad iurisdictionem, visitationi, et correctioni diocesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicas Delegati, plenè in omnibus subjiciantur.

In cap. 3. et 4. definitur huiusmodi Capellarum, aut Prioratum occasione Monachos singulos commorari non debere; iniungiturque Abbatis, aut Prioribus, ut, aut ipsos ad Claustra revocent, aut Socios eisdem adiungant, ad quod compellendi sunt ab Episcopis per censuras ecclasiasticas, monitione praemissa.

Emancarunt apud nos plura Regia decreta ad mentem Canonum, ne Monachi extra Claustra degant, quamlibet aliam praetexentes causam; ea nihilominus satis adhuc prævalet, quæ desumitur ex Domibus, quas habent Monasteria in agris causa colligandi, servandique fructus possessionum suarum.

TITULUS XXXVIII.

De Iure Patronatus.

Fundatoribus Ecclesiarum a primis ipsis temporibus concessa fuere iura quaedam singularia, quæ comprehenduntur hodie sub nomine Patronatus. Verum varia fuit hac in re disciplina pro temporum diversitate; et hinc fluit, quod diversum apparet

Pa-

TITULUS XXXVIII. 127

Patronatus ius in nonnullis antiquis monumentis, quæ extant apud Gratianum, ab eo, quod invenitur in Decretalibus Gregorii IX, atque posterioribus Collectionibus: unde non minima generatur confusio, nemus Tyronibus, sed et nonnullis, qui Patronorum iura se optimè callere arbitrantur; proinde summatim primum exponam, quid Patronis Ecclesia concesserit prioribus sacerulis; deinde autem, quibusdam gradibus, atque temporum adiunctis iura eorum creverint, atque ad hodiernum statum pervenerint: seu, quod idem est, ius Patronatus antiquum distinguam a posteriori, tradens simul originem singulorum iurium.

Vix in antiquis monumentis invenitur nomen ipsum Patronatus; nam veteres processionis, foundationis, alliisque huiusmodi vocibus simpliciter utebantur: verum privilegia nonnulla Fundatoribus, etiam Laicis, concessa apparent ab ipsa prima Basilicaru, Ecclesiarum, Oratoriorum, Monasteriorum, Xenodochiorumque erectione: sciebat enim Ecclesia munificentiam plurimorum in Rem publicam hac ratione excitari, ut aiebat Xenophon. Nam vero illæ concessiones, aut privilegia in eo tantum infinito constituerunt, ut Basilicae, aut Ecclesiae erectae ab earum Fundatoribus denominarentur, translati nempe ad eos nomine à Martiribus, quibus dicabantur, et à quibus appellari primum consueverunt; licet id non omnino constans esset, ut appareret ex eo, quod etiam hodie Ecclesiae adsint, praesertim Romæ, in quibus servatum conspicimus nomen vetus domum profanorum, quæ deinceps in Ecclesiis, aut Basilicas conversae fuerunt. Sanè ut plurimum à Fundatoribus nomen desumebant: quod facile esset ostendere plurimis testimonis, tam ex Orientali, quam Occidentali Ecclesia adductis: imo et apud Gentiles in usu fuit Temporum suorum Fundatoribus hoc ius indulgere.

Non-

2.

Nomini tardius permisso Fundatoribus fuit nominatio, sive praesentatio Clericorum, qui ministerio erectae ab ipsis Ecclesiae forent deputandi: et difficultius adhuc extensa fuit ad eorum haeredes: quod cum satis exhibeat gradatim adacta fuisse Patronorum iura, et consuetudine potius, quam iure scripto, nemo mirabitur, si ex monumentis, quae invenerit, discat quedam privilegia concessa iam Patronis uno tempore in nonnullis Provinciis, quae in aliis nondum fuerant introducta.

Primum monumentum, in quo mentio fit tributum Fundatoribus praesentationis, est *canon. 10.* Concilii Arausican I. anni 441. qui referunt à Gratiano in *can. 1. c. 16. quæst. 5.* ementio nomine Nicolai Papæ, ut animadvertis Berardus Coeterum, ut ex eiusdem lectione appetat, non quibuslibet Fundatoribus concessa in eo fuit praesentatio, sed solam Episcopis, qui in alieno territorio Ecclesias construxissent: quod accidit æquè in Concilio Arelatense II. mediis saeculi quinti, quanvis certò non constet quo anno, aut sub quo Praesule habitum fuerit. Laicis denegatam legimus hanc praerogativam etiam sub finem saeculi quinti in *canonibus nempe 10. et 27. c. 16. quæst. 7.* in quibus respondet Gelasius, nihil proprii juris habiturum Fundatorem in Basilicis, seu Ecclesiis à se fundatis praeter processionis aditum, qui Christianis omnibus in commune debetur; nimur iesu conveniendi, et ingrediendi in Ecclesiam, quod Christianis omnibus patet. Longè alter interpretatur Glossa iesu processionis, pro iure scilicet praesentandi, quod ideo ait appellari iesu processionis, quod Patronus cum praesentato ad Episcopum procedat: verum quām absurdā haec sint, ut appareat, sufficiet considerare, Gelasium illud iesu Patronis tribuere, quod Christianis omnibus debetur; hoc autem de praesentatione nemo dixerit: deinde apud ipsum Gelasium aliis in locis, et apud

alios

alios veteres, iesu processionis nihil aliud significat, quam iesu, quod diximus, ingrediendi, et conveniendi in Ecclesiam, quod probat eruditus vir Florens ad ductis pluribus monumentis. Nihilominus Glossae sententiam Interpretes amplexati sunt; unde proflixus eorum error, qui existimarent, aut Gelasium fuisse iesu Patronus Autorem, aut concessam fuisse Laicis Fundatoribus praesentationem saeculo quinto; cum constet eo tempore indultam solum fuisse ex gratia speciali Episcopis, qui in alieno territorio Ecclesias exercent.

Anceps est questio, an quinque prioribus saeculis iesu Fundatoribus fuerit in bona Ecclesiarum invigilandi, eorumque administrationi sessi immiscendi. Et quidem in Oriente ex Constitutionibus Imperatorum invehi haec disciplina coepit, atque traducta fuit etiam ad Ecclesias Occidentales. Apud nos diutius manserunt pristinae Patrum regulae, quibus cautum erat, ut plenissima potestas in omnes Ecclesias, Basilicas, Oratoria sacra, denique, religiosa, aut venerabilia loca Episcopis esset, *ann. 24. et 25.* Concilii Antiocheni, *4. et 8.* Chalcedon, Tolentan. Concil. III. et IV. saecul. VI. et VII.

Inter iura Patronis debita recensetur quoque, ut sibi, si ad indigentiam venerit, alimenta ab Ecclesia praebentur. Prima hac de re decisio est Concilii Toletani IV. *ann. 633.* quae extat apud Gratianum in *can. 30. c. 16. q. 7.* His verbis constat integra decisio: *Praebendum est à Sacerdotibus vitaे solitū indigentibus, et maxime his, quibus restituenda vicissitudine est. Quicunque ergo Fidelium de facultatibus suis Ecclesiae aliquip devotione propria contulerunt, si fortè ipsi, aut filii corum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vias pro temporis usu percipiant. Si enim Clericis, vel Monachis, seu Peregrinis, aut quamlibet necessitatim sustinentibus pro solo Religionis intuitu in*

Tom. II.

R

usum

usum res ecclesiasticae largiuntur , quanto magis bis consulendum est , quibus retributio iusta debetur . San- nè probabile est , etiam prioribus saeculis Ecclesiam Patronis indigentibus subvenire consuevisse ; cum enim teneritudine maxima in pauperes universos se- ratur semper , praesertim illis subvenire debuit , qui sibi fuerant benefici , uti aiunt Patres Toletani : coe- terum animadverit Van-Espenius ex praedicto ca- nonе Toletano Ecclesiam pinguis Patronum alere de- bêre , quam reliquias pauperes , cum ad id non tantum intuitu paupertatis teneatur , sed praecipue intuitu beneficiale in ipsam à Patrono collatae .

Se et alia honorifica iura Patronis Ecclesia con- tulit à primis saeculis ; qualia sunt sepultræ , sedis , thurificationis , candelæ , et aquæ benedictæ ; quæ alia , atque alia fuerunt iuxta varios cuiusque Provin- ciae mores . Verum animadverendum est quod de sepultrâ , et sede dicimus post ea tempora locum habuisse , quibus coopererunt Fideles intra Ecclesias sepe- liri , atque in illis sedere : ex tunc verò privilegium Patronorum in eo constitut , ut in loco honorabiliori sedent , aut sepielerent .

Et haec quidem exhibent iura Patronorum quin- que prioribus saeculis , sive ius Patronatus antiquum .

Post saeculum quintum angeli coopererunt Patronorum iura ; sive quod , frigescente fidélium chari- tate , congruum Ecclesias videretur novis privilegiis eorum liberalitatem excitare , sive quod ea sit legom omnium conditio , ut , si laxari semel habenæ incipiant , transcurso solo temporis indulgentia in dies excrescat . Concessa ergo fuit praesentatio Funda- toribus omnibus , etiam Laicis : et quidem morib- bus potius , ut conjiceret est , et gradatim ; primo nempe in Oratoriis , quæ aedicari coopererunt in agris , deinde etiam in aliis Ecclesiis , uti appetet in conspectu Concilii Agath. in can. 21. in quo ita statuitur : *Si quis etiam extra Parochias , in quibus*
le-

legitimus est , Ordinariusque Conventus , Oratorium in agro babere voluerit reliquias festivitatibus , ut ibi Missas teneat propter fatigationem familiæ iusta or- dinatione permittimus . Pascha verò , Natale Domini , Epiphaniam , Ascensionem Domini , Pentecosten , et Natalem S. Ioannis Baptiste , vel si qui maximi dies in festivitatibus habeantur , nonnisi in Civitatis , aut Parochiis teneant . Clerici verò si qui in festivitatibus , quas suprà diximus in Oratoriis , nisi in- bente , au permittente Episcopo , Missas facere , aut tenere voluerint , à communione pellantur .

Postquam saeculares privata haec Oratoria in agris habere coopererunt , facili obtinuerunt , ut Epis- copi non alios Clericos ad Missam in eis celebra- dam deputarent , quād quos saeculares ipsi deside- rarent : inducta proinde fuit praesentatio , atque ad reliquias quoque Ecclesias sensim traducta . Imò quando certum est homines non minus de filiorum suorum commodis semper sollicitos fuisse , quam de suis , obtinuerunt etiam Fundatores Ecclesiarum , ut praesentatio ipsi indulta cum coeteris iuribus , et honoribus ad filios protraheretur ; et tandem ut et ad haeredes quoquinque ex eo , quod in ipsis perso- na Fundatoris repraesentetur , et eorum ministerio semper quodammodo maneat , et vivat .

His gradibus deuentum est ad ius Decretalium , ubi latè exprimuntur iura , quæ Patronis compe- tent : coeterum intelligenda ita non sunt , ut existi- meatur Patronatum non alter consistere posse , quād si Patronus omnibus illis iuribus fungatur ; cum nunc plura , nunc pauciora habere possit , et contingere etiam hodie valeat , quod subsistat Patronatus sine iure praesentandi ; unde patet , minus accuratam es- se definitionem , quæ vulgo assigatur iuri Patro- natus dum dicitur esse ius praesentandi instituen- dum ad beneficium vacans ; nam et in cap. 25. b. tit. consultus Clemens III. ait eum , qui Ecclesiam cum

assensu Dioecesani construxit, ius quidem Patronatus adquirere, coeterum in Ecclesia Conventuali non electioni Praefati facienda, sed iam factae honestis Patroni assensum postulari, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat, ut partes suas interponere debat electioni tractandae. Consulendae igitur sunt tabulae cuiusque foundationis, et receptae consuetudines. Verum tamen est extra speciem praedicti capituli, hodie presentationem Fundatoribus competere, etiam si expressè illam non reservaverint. Imo et ad haeredes transit, sive iure sanguinis defunctorum contingunt, sive non. Transit aequum ad haeredem fiduciocommissarium, et ad successorem singularem, qualis est emptor Villae, cui annexum sit ius Patronatus. In plures haeredes transit in solidum, utpote indivisible; ne tamen hac occasione simulantes oriantur, et iurgia, ut pluries accidisse legimus maximo Ecclesiarum damno, et scandalum Populorum, editae sunt plurimae Constitutiones. In cap. 1. et 2. b. tit. quae desumpta sunt ex Conciliis Cabilloniensi, et Triburiensi saeculi noni, statutum hoc in case censandum à Divinis esse in tali Ecclesia, tollendas reliquias, et claudandas ostia ab Episcopo, si aliter consulere non potuerit: coeterum Alexander III. in cap. 3. b. tit. aliud voluit; decrevit enim in Concilio Lateran. ut si haeredes potestate, in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur, et, cum una Ecclesia unius debeat esse Rectoris, pro sua dissensione plurimos repreäsentant, si forte in plures partes eorum vota se divisorint, ille praefaciatur Ecclesia, qui majoribus iuvatur meritis, et plurimorum eligitur, et approbatur assensu. Si autem hoc sine scandalo esse nequerit, ordinet Antistes Ecclesiam, sicut inclusi eam secundum Deum viderit ordinandam. Haec regula, dum casus emerserit, servanda est, cum Concilii generalis sit, et posterior praecedenti; imo et, ni fallor, spiritui, atque utilitati Ecclesiae magis consona.

In-

Innocentius III. in cap. 27. b. tit. ut occurreret dannis, quae viduatis Ecclesiis oriuntur si de iure Patronatus, vel potius praesentandi, iurgia, et contentiones exurgant, statuit, quod, si ab eo, cui competit, quaestio intra quatuor menses non fuerit definita, Episcopus extunc Ecclesiam ipsam de persona idonea ordinare non differat, ita tamen, ut illi ex hoc non debeat in posterum praejudicium generari, qui ius evicerit Patronatus, id est pro quo discussa causa sententia definitiva late fuerit.

In cap. 4. quod ex eodem Concilio Lateran. de promptum est, anathematis poena infligitur Patronis laicis, qui, Episcoporum auctoritate neglecta, Clericos instituere, aut destituere pro sua voluntate audent. Hoc autem Patronis ecclesiasticis prohibitum est aequum, cum absque privilegio instituto, aut destituto, non ad eos, sed ad Episcopos pertineat, servata tantum ipsis Clericos idoneos praestandi facultate.

Prohibentur quoque in eodem capite possessiones, aliaque bona ecclesiastica pro sua voluntate distribuire: quod minimè videtur obstat curae, et vigilantiae, quam impendere possunt Patroni circa administrationem bonorum Ecclesiae Patronatae; nam ibi abusus damnatur illa occasione Patronatus dissipandi.

Eodem sensu interpretanda venit Tridentina sanctio in sess. 25. de Reform. cap. 9. quae apud nonnullas gentes recepta non est, et in qua definitus Patronos beneficiorum, etiam si vere de iure Patronatus ipsorum ex foundatione, et dotazione sint, nullatenus, nullave causa, seu occasione se ingenerere posse in perceptione fructuum, proventum, aut obventionum quorumcunque beneficiorum, sed debere illos liberè Rectori, seu Beneficiato, non obstante etiam quacunque constitudine, distribuendo dimittere.

Pro-

Profectò in hoc, aliquis decretis Concilii Trid. derogatum non fuit legitimis Patronorum iuribus, ut protestantur Patres initio praedicti capituli: stabilitate tantum fuisse rectissimae regulæ, ne pro vero legitime iure habeantur quorundam Potentiorum usurpationes; neve Patronatus occasione minus digni, minusque idonei Ministri deputentur Ecclesiis, quod non solum Ecclesia, sed et Principes optaverant statuentes, ut Patroni Clericos praesentarentur iudicio, et examine Episcoporum idoneos, Tandem Patronum Tridentinorum in praedicta specie mens fuit, ut tollerentur abusus, qui irrepererant occasione curiae à Patronis impendendas; cum, si in legitimis terminis sese contineant, conforme admodum sit Ecclesiae votis, quod Patroni tuitioni ecclesiasticarum rerum invigilent; quapropter iuditum etiam eis nonnunquam fuit nomen Defensorum (1). Hic obiter adnotare fuvat, Advocatiam, de qua in cap. 6. b. tit. mentio fit, cuique tribuantur effectus Patronatus, non aliunde, quam ex huic defensionis abuso emanare.

Tributa Fundatoribus, eorumque haeredibus præsentatione, caveri debuit, ne ob negligientiam diu Ecclesia vacare paterentur: definita ergo fuere certa tempora, intra quas præsentantur debent, ni iure suo pro ea vice cadere velint. Id primo factum fuit in Concilio Rom. sub Pontifice Eugenio II. circa ann. 825. aut in eo, quod sub Leone IV. habitum fuit circa annum 850. assignatusque fuit Patronis Laicis terminus

(1) Fuerunt à primis sacerdotiis ali defensores à Patronis diversi: nam saeculo quinto Africani Patres ab Imperatoribus efflagabant, ut sibi licet Defensores nominare è numero Causidicorum, seu Advocatorum: deinde vero agnoscent Ecclesia, vim Potentiorum non tam argumentis averterandam, quam oppositus ex adverso viribus, Magnatum, et Regum auxiliū imploravit. Meminat huius protectionis etiam Sinodus Tridentina, eaque præcipuum semper fuit Regum nostrorum ornamenatum, præcipua cura, atque sollicitudo.

nus trium mensium, computandus ab admonitione Episcopi, nulla facta mentione Ecclesiasticorum. In Concilio Lateranensi sub Alexandro III. concessum fuit idem temporis spatium, coeterum à die notae vacationis numerandum: deinde vero traductum moribus fuit ad quatuor menses, aut, ut Berardus putat, errore Amanuensium.

Hinc patet falsam quoque esse vulgarem illam opinionem, quae praedicat nulla tempora assignata Patronis fuisse ante praedictum Concilium Lateranense.

Patronis Ecclesiasticis indultum fuit semestre, desumpto exemplo à Collatoribus, quibus magis accedere visi sunt.

Animadvertisendum hic est hanc intra certa tempora præsentandi necessitatem minimè comprehendere Patronatum, qui Regibus nostris competit ab antiquissimis temporibus in Ecclesiis omnibus in Diuiniis suis sitiis; in quo et alia singularia conspiciuntur; veluti, quod reservationibus, affectionibusque Pontificis non subjaceat: quod per præscriptionem ab aliis adquiri nequeat; neque ab ipsis Regibus amitti ob non usum.

Primi temporibus ignota erat differentia inter Patronos Laicos, et Ecclesiasticos: deinde vero induxit fuit, licet non satis constet quoniam tempore id acciderit. Plurimum expedit hodie eam accuratè observare, postquam unicuique diversae assignatae sunt regulæ: ideo ea saltem hic adiungere debere censemus, ex quibus præsertim dignoscitur qualitas cuiusque Patronatus: alias autem latissime patet haec materia.

Patronatus qualitas desumenda non est à persona Fundatoris, aut Patrōni, sed à qualitate bonorum, quibus erecta, aut dotata fuit Ecclesia, aut Beneficium, de cuius Patronatu quaeritur; si nimis dubitatio sit de Patronatu dotatione, aut erectione ad-

adquisito: nam si à privilegio ille descendat, consulere oportebit literam fundationis.

Patronatus Eclesiae, quae bonis laicis suis fundata, aut dotata fuerit, erit laicus, qui nivis Fundator, aut Dotator Ecclesiasticus sit: è converso Ecclesiasticus dicetur, quoties fundatio, aut dotatio bonis ecclesiasticis facta fuit: nam, ut optimè ratiocinatur Berardus, Patronatus est remuneratio seu reparationis Ecclesiae, et beneficiorum qualitas ergo donatarum rerum attendenda est, ut conjiciatur conditio huius remuneracionis: quae ratio facilius, mea sententia percipietur, si addamus quod notum omnibus est, nimis plus conferre Ecclesiae eum, qui bona laicaria ipsi donat, quam illum, qui tantum Ecclesiastica in eam transfert: iustum propterea est, quod attendatur natura collatarum rerum, cum pinguior sit remuneratio in Patronatu laico, quam in Ecclesiastico. Si bona huiusmodi partim laice sint, partim Ecclesiastica, exurget Patronatus mixtus.

Censem Van Espenius, eumque sequimus Scriptor Hispanus novissimus, in dubio Patronatum reputari debere laicum: ego vero, qui non tam Patronorum auctoritate vinci solo, quam momentis rationum, contrarium verius existimo. Profectò, regulæ omnes, quae de natura privilegiorum, aut obligationum interpretanda loquuntur, suadent, ut id in dubio amplectamur, quod minus gravat, quodque minus recedit à iure ordinario: iam vero neminem latet ius Patronatus privilegio inniti, et plus deviare à iure ordinario Patronatum laicum, utpote, qui magis coercet Collatores ordinarios: deinde, nihil pendenda est Ecclesiarum, atque beneficiorum libertas? Innuit haec fundamenta Berardus; eis vero aliud adjici posse puto, et quidem non omnino contemendum. Asserit Van-Espenius *part. 2. tit. 25. cap. 2. n. 8.* ius Patronatus, quod alicui, sive Clerico, sive Laico competit ratione proprii patrimonii, non

non Beneficii, vel Eclesiae, appellari Laicale: deinde subiungit ex Emmanuele Gonzalez, neque interesse, quod patrimonium illud adquisitum sit intuitu Ecclesiae; quia, cum ex generali consuetudine Clerici de talibus bonis testari possint, et in illis eis ab intestato succedatur, sicuti in patrimonialibus, videtur Clericos dotans, vel extruens Ecclesiam sibi, suisque haeredibus, et consanguineis ius Patronatus ratione patrimonii reservasse; et ita laicale iudicari. Denique ex Francisco le Roy haec verba adducit: *Verius est, quod, si dubium sit, quale sit ius Clerico competens, an laicum, an Ecclesiasticum, in dubio iudicandum esse laicale, quia Clerici nihil habere prae sumuntur in bonis, ut de S. Augustino Possidius; et quia omnes ferè antiqui Canones, ubi de iure Fundatorum agunt, tantum de laicis, et eorum haeredibus.* Non nisi fusiori calamo, qui tamen suscepto instituto minime congruit, exprimi valet nostrum de iis, aliisque non paucis Auctoris, certè gravissimi, iudicium: pauca tamen hic praelibile licebit. Et quidem in primis, equis non statim agnoscit, quā parum inter se consistant praedictæ rationes, et testimonia? Disciplina, quae temporibus Augustini observabatur praesertim vero in Clero Hippone, qui ab ipso communī vitæ sub certa regula peragendæ redactus fuerat, nihil omnino proprium Clericis permittebat, saltem in bonis Ecclesiasticis, nec quoad administrationem; eaque præ oculis fuit Francisco le Roy: Gonzalezius autem bodinensis temporibus sententiam suam accommodavit, in quibus, si de bonis ipsis intuitu Ecclesiae quæsitis, perinde ac de profanis omnino, inter vivos, aut in ultima voluntate disponant, legibus sustinentur. Deinde, non facile effungi posse reor speciem, in qua Clericus sub Augustini regula constitutus, habere quidem valeat Patronatum Laicum, minimè vero Ecclesiasticum. Si inepta non est ratio à paupertate Clericorum desumpta,

Tom. II.

S ta,

ta, atque exemplo Augustini confirmata, potius excludet Patronatum laicalem à persona Clerici, attenuata scilicet qualitate, quae cum ipso Patronatu exurget in limine foundationis, aut dotacionis. Unico tantum casu locus esse posset ratione à Francisco le Roy allatae, quoties nempe nescitur quisnam, aut cuius conditionis Fundator, aut Dotator fuerit: nam tunc dici posset, eum praesumendum Laicum, bo-naque, quibus dotata, aut erecta fuit Ecclesia, censemenda esse sacularia, ex eo, quod Clerici nihil in bonis habere prae sumuntur, quibus fundare Ecclesiam potuerint, aut ipsi dotem constituere. Coeterum, aut incongrua haec ratio his temporibus est, aut funditus evertit fundamenta à Gonzalecio adducta: nam si illam consideramus disciplinam cum le Roy, iuxta quam nihil iuris Clericis est in bonis intuitu Ecclesiae quae sit, frustra cum Gonzalecio confugiemus ad hodiernam beneficiorum formam, administrationisque peculiari ecclesiastici rationem. Tandem, ut de ratione à Gonzalecio adducta speciatim loquamur, actum erit de Patronatu ecclesiastico ex foundatione, aut dotatione, dummodo ea admittatur: si enim ex eo solum, quod hodie Clerici in foro externo se gerere possint in bonis Ecclesiae intuitu adquisitis non secus, ac in matrimonialibus, aestimandus est laicus Patronatus Ecclesiae ex bonis illis fundatae, aut dotatae; quandoman quoero exurget Patronatus ecclesiasticus ex natura foundationis, sive ex qualitate bonorum donatorum? Sed in viam iam redeamus.

Patronatus Ecclesiasticus nonnunquam censetur, qui inspecta sui origine existimandus foret laicalis, si nimis translatus fuerit in Dignitatem aliquam ecclesiasticam, Officium, Capitulum, aut Monasterium. *cap. iii. de Iure Patronatus in 6.* et moderna praxis ea est iuxta Van Espenium, ut Patronatus reputetur ecclesiasticus eo ipso, quod probetur illum com-

competere ratione dignitatibus, aut tituli ecclesiastici, quia amplius inquiratur de eius origine.

Agosctetur apud nos alia species Patronatus laicorum, sive laicorum, longè distans à superiori; cum nimis Missarum, aut alterius pii operis gravamen imponitur bonis à Testatore in perpetuum, quia ulten-^{is} auctoritas Episcopi interveniat. In is autem, sive Patronatus Laicorum, sive Capellaniis Laicibus, aut alio quoque appellentur nomine, nihil appetat ecclesiasticum; quapropter etiam Laici, coniugati, et foeminae succedunt, cunctaque ad legum civium normam ordinantur à Magistratibus sae-^{curi}laribus, iuxta receptas in Maioratibus regulas.

Quoties Patronatus est mixtus, quod quando accidat supra innuimus, communicantur privilegia utriusque speciei concessa, ita ut, dum casus occurrerit, illa qualitas attendatur, que magis favet Patronis, Patronatusque conservationi.

Assignatur acque alias Patronatus divisiones; sic aliud dicitur realis, qui scilicet fundo alicui, aut ali rei adhaeret, aliud personalis. Deinde quandoquid haereditarius est, quandoque gentilitius, aut familiaris. Primo casu transit ad quolibet haeredes, qui tamen capaces sint eius iuris adquirendi; gentilitius autem, vel familiaris illis solum potest competere, qui fuerint ē certa familia, aut gente. Posse tremō dividitur in activum, et passivum, quo nomine impropriè significatur ius illis competens, qui vocati fugre in limine foundationis ad erecti beneficii ademptionem, et in quibus fieri praesentatio debet ab iis, qui Patronatum activum cum facultate praesentandi habent, iuxta formam à Fundatore prescriptam. In eo autem appareret aliud ius singulare ab Ecclesia concessum Fundatoribus Beneficiorum, aut Capellaniis; nam iuxta communes regulas sustineri nequit posset proximorum ex aliqua familia, aut gente vocatio; nec etiam nuda praelatio.

De causis, quibus ius Patronatus constituitur, et adquiritur, non minimae excitari solent questiones, in quibus immorari nobis haud licet: sed generales saltem, receptasque regulas breviter expedemus, nequid ad materiam spectans intactum maneat.

Principiū ex his causis esse fundationem, dubium non est, cui adjunguntur privilegium, et præscriptio. Coeterum dubitari non semel contingit, dicens ne quis sit Ecclesiae Fundator. Quid enim, si fundum tantum, aut aream concesserit, ut in ea Ecclesia construatur alterius impensis, aut si quis erectam iam Ecclesiam dotaverit? Proprii Fundator dicit non poterit, neque ius Patronatus ipsi competere: nam sacri canones, dum de Patronatu Fundatoribus tribuendo loquuntur, de veris agunt Fundatoribus; de illis nempe qui iuxta præscriptum ipsorum canonum Ecclesiae suis sumptibus erigunt cum competenti dote. Nihilominus ex levibus, modicisque causis indulgeri coepit Patronatus, præseruac sœculo decimo quinto: unde plures editae fuerunt Pontificiae Constitutiones, ut huic incommmodo occurseretur. Tandem in Concilio Tridentino certae stabilitatis regulas sunt, iuxta quas non quaelibet construc^{tio}, aut dotatio sufficit. Et quidem in sess. 14. de Reform. cap. 12. ita statuitur: *Nemo, etiam cuiusvis dignitatis ecclesiasticae, vel secularis, quacunque ratione, nisi Ecclesiam, Beneficium, aut Capellam de novo fundaverit, et construxerit; seu iam erectam, quae tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, et patrimonialibus bonis competenter dotaverit; ius Patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debet.* Deinde in cap. 9. sess. 25. de Reform. iniungit Ordinariis, ut, etiam taquam Sedi Apost. Delegati, diligenter cognoscant Patronatus quoque adquisitos in Ecclesiis, Dignitatibus, aut Beneficiis antea liberis a quadraginta annis citra, et in futurum adquirendos, seu ex augmento dotis, seu

ex

ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolicae; et quos non reperirent ob maximè evidentem Ecclesiae, Dignitatis, vel Beneficii necessitatē legitime constitutos esse, in totum revocent; atque beneficia huismodi sine damage illa possidentium, et restituto Patronis eo, quod ab eis idcirco datum est, in pristinum libertatis statum reducant, non obstantibus constitutionibus, prælegiis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Quod ad præscriptionem attinet, non satis convenient Doctorum placita: certum quidem in primis est, atque ab omnibus receptum, trigesima annorum, aut minoris temporis præscriptionem locum hac in re non habere: iandiu enim Ecclesie illud prælegium competit, ut adversus eas quadragenaria ad minus præscriptio requiratur: utrum autem haec sufficiat etiam dum de Patronatu probando agitur, post Concilium scilicet Tridentinum, disputatur. Sanè in praedicta Conciliari sanctione primū mentio fit multiplicatarum præsentationum per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam exceedat; unde præscriptio tantum immemorialis foret admittenda: cum tamen non excludantur in ea aliae probations secundum juris dispositionem, admittenda etiam erit, iuxta Sinodi mentem, et verba, quadragenaria. Exceptio est in iis personis, seu Communitatibus, vel Universitatibus, in quibus id ius plenique ex usurpatione potius quaesitum præsumitur: nam in eis iuxta Concilium plenior probatio requiritur, neque immemoralis temporis probatio alter suffragatur, quam si, praeter alia ad eam necessaria, præsentationes, etiam continuauae, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, que omnes effectum sortitae sint, authenticis probentur. Observandum hic est, praedicta locum non habere, quoties constat quidem Patronatus, concitat autem est inter duos, aut plures, quorum quisque

que sibi illum competere asserit; tunc enim servandae erunt generales iuris regulae.

Aute Concilium Trident. privilegio Patronatum concedebant Episcopi, quasi haec species non comprehendetur in prohibita rerum eclesiasticarum alienatione, ut observat Berardus cum Cardinali de Luca: hodie vero tantum Summo Pontifici hoc licet. Coeterum apud nos hisce Pontificis concessionibus locum esse non posse palam est omnibus.

Transfertur ius Patronatus, non tantum post mortem possessoris, sed et eiusdem facto inter vivos, nisi aliud in tabulis fundationis cautum fuerit. Quaenam observanda sint in singulis huiuscmodi translationibus, sive inter vivos, sive successione post mortem exponere longum fore: consuluntur Cardinalis de Luca, Pitoniis, aliqui, qui latissimos hac de re ediderunt tractatus: sicuti et de casibus, in quibus amittitur Patronatus ex natura rei, voluntate Fundatoris, vel facto ipsius Patroni.

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus, et Procurationibus.

Nomine Census comprehenduntur in hoc Titulo penitentiae, seu tributa, quae solvi debent ab Ecclesiis Episcopo, Metropolitano, aut S. Pontifici. Haec varia sunt tam quo ad quantitatem, et modum solutionis, quam quoad originem: in pectoris etiam Regionibus peculiarem sumpserunt formam ex novis pactiobus, aut in desuetudinem abierunt; quapropter nihil certum tradi potest, sed consuendae sunt singulares cuiusque Nationis, et Dioecesis consuetudines, et pactioes. Nihilominus nonnulla referam, ex quibus notio aliqua desumatur.

Non semel animadvertere debui, primis saeculis

lis universam peculii eclesiastici administrationem Episcopos gessisse: deinde vero eam partim tributam Parochis, et Ministris etiam inferioribus: iam vero, quando Episcopo hoc ius remisserunt, reservarunt sibi nonnihil in quibusdam Ecclesiis, sive in decimis, aut primitiis, sive in funerariis, aut aliis oblationibus; tum, ut necessariis, at sui sustentacionem non carerent, tum etiam in signum generalis administrationis. Deinde inductum etiam fuit quod Episcopo, aut Metropolitano visitanti tribuerentur a dioecesani virtualia, quae hodie intelligimus sub nomine Procurationis, et de quibus agens Concilium Lateranense anni 1179. admonet Episcopos ne graves in eis exigendis existant, nec sumptuosas epulas querant, ita ut longi temporis vicum brevis hora consumat: exemplarque eis proponit Apostoli, qui se, ac suos propriis manibus decrevit exhibendos, ut locum praedicandi auferret Pseudoapostolis, et ut illis, quibus praedicabat, non existaret onerosus. cap. 6. b. iii. Obtinuit etiam, ut in honorem Cathedrae praeberentur Episcopo quiddam nummi sub nomine Cathedraci, aut Sinodacri. Sed et alia quantitas tribuebatur eidem sub nomine Charitativi Subsidii, ne inopia eum laborare contingat. In his autem omnibus ne ab Episcopis, vel Rectoribus nova gravamina Ecclesie inferantur, aut antiqua augentur, plures statutum est; coque spectant capita 3. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 15. 20. 26. et 27. b. iii. Summis quoque Pontificibus concedi conseruerunt subsidia nonnulla. In cap. 12. mentio fit denarii argentei, quod Ioa, Anglorum Rex solvi iusserat annuatim a suis Successoribus in aeternum pietatis, ac venerationis erga Romanam Sedem pignus. Denique Advo-
catis etiam, atque Defensoribus Ecclesiarum tribuebantur nonnullae pensiones. Ex multiplicibus autem hisce praestationibus variae oriri debuerunt controv-
ersiae, quibus non alter finis est impositus, quam
tran-

que sibi illum competere asserit; tunc enim servandae erunt generales iuris regulae.

Aute Concilium Trident. privilegio Patronatum concedebant Episcopi, quasi haec species non comprehendetur in prohibita rerum eclesiasticarum alienatione, ut observat Berardus cum Cardinali de Luca: hodie vero tantum Summo Pontifici hoc licet. Coeterum apud nos hisce Pontificis concessionibus locum esse non posse palam est omnibus.

Transfertur ius Patronatus, non tantum post mortem possessoris, sed et eiusdem facto inter vivos, nisi aliud in tabulis fundationis cautum fuerit. Quaenam observanda sint in singulis huiuscmodi translationibus, sive inter vivos, sive successione post mortem exponere longum fore: consuluntur Cardinalis de Luca, Pitoniis, aliqui, qui latissimos hac de re ediderunt tractatus: sicuti et de casibus, in quibus amittitur Patronatus ex natura rei, voluntate Fundatoris, vel facto ipsius Patroni.

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus, et Procurationibus.

Nomine Census comprehenduntur in hoc Titulo penitentiae, seu tributa, quae solvi debent ab Ecclesiis Episcopo, Metropolitano, aut S. Pontifici. Haec varia sunt tam quo ad quantitatem, et modum solutionis, quam quoad originem: in pectoris etiam Regionibus peculiarem sumpserunt formam ex novis pactiobus, aut in desuetudinem abierunt; quapropter nihil certum tradi potest, sed consuendae sunt singulareis cuiusque Nationis, et Dioecesis consuetudines, et pactioes. Nihilominus nonnulla referam, ex quibus notio aliqua desumatur.

Non semel animadvertere debui, primis saeculis

lis universam peculii eclesiastici administrationem Episcopos gessisse: deinde vero eam partim tributam Parochis, et Ministris etiam inferioribus: iam vero, quando Episcopo hoc ius remisserunt, reservarunt sibi nonnihil in quibusdam Ecclesiis, sive in decimis, aut primitiis, sive in funerariis, aut aliis oblationibus; tum, ut necessariis, at sui sustentacionem non carerent, tum etiam in signum generalis administrationis. Deinde inductum etiam fuit quod Episcopo, aut Metropolitano visitanti tribuerentur a dioecesani virtualia, quae hodie intelligimus sub nomine Procurationis, et de quibus agens Concilium Lateranense anni 1179. admonet Episcopos ne graves in eis exigendis existant, nec sumptuosas epulas querant, ita ut longi temporis vicum brevis hora consumat: exemplarque eis proponit Apostoli, qui se, ac suos propriis manibus decrevit exhibendos, ut locum praedicandi auferret Pseudoapostolis, et ut illis, quibus praedicabat, non existaret onerosus. cap. 6. b. iii. Obtinuit etiam, ut in honorem Cathedrae praeberentur Episcopo quiddam nummi sub nomine Cathedraci, aut Sinodacri. Sed et alia quantitas tribuebatur eidem sub nomine Charitativi Subsidii, ne inopia eum laborare contingat. In his autem omnibus ne ab Episcopis, vel Rectoribus nova gravamina Ecclesie inferantur, aut antiqua augentur, plures statutum est; coque spectant capita 3. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 15. 20. 26. et 27. b. iii. Summis quoque Pontificibus concedi conseruerunt subsidia nonnulla. In cap. 12. mentio fit denarii argentei, quod Ioa, Anglorum Rex solvi iusserat annuatim a suis Successoribus in aeternum pietatis, ac venerationis erga Romanam Sedem pignus. Denique Advo-
catis etiam, atque Defensoribus Ecclesiarum tribuebantur nonnullae pensiones. Ex multiplicibus autem hisce praestationibus variae oriri debuerunt controv-
ersiae, quibus non alter finis est impositus, quam
tran-

transactionibus, et pactionibus. His ergo, atque receptis in unaqua Provincia consuetudinibus, cuncta regitur hodierna disciplina.

Apud nos in cuiusque Dioecesis Constitutionibus Sinodalibus cavetur quidnam hisce in rebus sit observandum; constitutiones autem ipsae non aliter permittuntur, quam si prius fuerat à Supremo Nationis Senatu recognitae, et approbatæ: si vero Episcopi, aut ali, tuim in actu visitationis, tuim extra illum regulas in predictis constitutionibus stabilitas non servaverint, recursus patet Dioecesanis ad idem Supremum Tribunal, *Auto Acordad. 4. lib. 4. tit. 1.* Hinc patet locum apud nos non esse sanc tionibus, que in capitibus huius tituli insertae sunt quatenus in eis quantitas pro unoquoque censu, aut penitentiatione solvenda, aut penitentiatione ipsæ determinantur; sicut nec exactiōibus, que fieri nonnunquam conseruerunt à Legatis Pontificiis.

Illiud etiam adnotare oportet, in Sinodo Tridentina modum fuisse impositum his, que ibidem leguntur de Archidiaconorum, et Metropolitanorum visitationibus; eaque profunde revocanda esse ad Tridentinorum decretorum normam.

TITULUS XL.

De Consecratione Ecclesiae, vel Altaris.

Ut magis, magisque pietas, et religio foverentur, consuetum semper in Ecclesia fuit, ut quoties novum aliquod Templum fuisset constructum (*1.*), simul in eo

(*1.*) Apud antiquos vox *Templum* illas denotabat aedes, quae Idolis dictata ab Etricis erant; sacri autem Christianorum Conventus Ecclesiae vocabantur, quae et in forma exteriori plurimum ab illis differabant. Nunc promiscue his vocibus utimur.

eo loco plurimi convenirent fideles, atque cum magna laetitia, et devotione, tum grates Deo rependerent pro cultus sui extensione, tum suam humiliter implorarent clementiam: unde et occasione horum Conventuum Concilia celebrata legimus. Sed et moris fuit speciali alicui Sancto Ecclesiam dicare. Denique ritibus pro consuetudine adhibiti locum ipsum consecrabant, ex profano sacrum, et ex impuro purum illum redentes. Hoc munus Episcopis proprium agnitus fuit, principio stabilito, iuxta quod imaginem Confirmationis praescribere vulgo prædictatur: unde etiam receptum fuit exemplo eiusdem consecrationem semel factam iterari non posse, neque celebrari debere à simplici Presbitero, licet benedictio eidem permittatur, *cap. 9. b. tit.*

Plures dubitari contingit, dum Tempia reparantur, an debeat consecrari; in quo haec regula generaliter recepta est, ut, quoties idem moraliter manet, consecratio non indigat, quanvis omnes eiusdem partes successivè de novo construantur.

Ut omnes debita veneratione domum Dei prosequantur, simulque deterreantur nequam homines, grave piaculum creditum est, si in Templo iniuria sanguinis effusio accidat, aut si eorum cadavera in eo, aut in Coemeterio recondantur, qui ob patrata criminata vivunt canonibus ecclesiasticis sepulta: quamobrem in iis adiunctis, licet denouo non consecretur Ecclesia, reconciliatur tamen iuxta ritus, qui in Pontificali traduntur, *cap. 4. et 7. b. tit.* immo et Ecclesia nondum consecrata, si polluta fuerit, lavari debet proutius aqua exorcizata, *cap. ult. b. tit.*

Tandem distincta censetur consecratio Ecclesiae à consecratione Altaris, quae etiam in ritu differunt: unde everso Altari, non intelligitur eversa Ecclesia, *cap. 1. b. tit.*

Quoad singulas species, que à nobis leviter hic attinguntur, plurima occurrere solent dubia pro sin-

Tom. II.

T

gu-

gularibus cuiusque casus adiunctis; in eis tamen immorari nobis haud licet.

TITULUS XLI.

De Celebration Missarum, Sacramento Eucharistiae, et divinis Officiis.

Quavis vocabulum *Missa* variè acceptum fuerit apud veteres, constat apud nos ita desumi, ut significet invenientum Altaris sacrificium.

Cum neminem Catholicorum lateant quae docent nos Fidei dogmata circa ineffabile hoc Sacramentum, ea praetermittam: exponam vero breviter disciplinam in eiusdem dispensatione, publica expositione, et circumgestatione observatam: varios item ritus, eorumque causas.

Hodie Eucharistiam iis tantum conferri notum est, qui concii esse possunt de dignitate Sacramenti: verum aliud oīm observabatur; nam et lactentibus adhuc infantibus infundebatur in ore Christi sacerdos sanguis de calice, ut pluribus adductis testimonis probat Cabassutius in *Notitia Ecclesiarum saeculi 2. dissertat. 5.* Insuper, receptissima erat consuetudo in Belesia Constantinopolitana, ut pueri in schola commemorantes vorentur ad comedendas particulas Eucharistiae, que supererant de communiione Populi. Tandem tribuebatur Fidelibus Eucharistia in manus, atque liegebat eis domum deferre, ibique eam asservare; quod prae oculis habendum est, dum occurruunt canones, in quibus prohibentur foeminae Eucharistiam nuda manu excipere, iubenturque nitidissima secum portare linteamina, in quibus Christi D. Corpus sanctissimum desumant (r).

Primi-

(r) Saeculo octavo eo temeritatis deveneré hac occasio foeminae, ut Eucharistiam, ita suscepit, allis etiam dis-

27.

TITULUS XLI.

147

Primùm Hispana Ecclesia ab hac disciplina recessit saeculo quarto; nam in Concilio Caesaraugustano haec habentur *can. 2.* *Eucharistiae gratiam si quis probatur acceptam in Ecclesia non sumpsisse, anathema sit.* Occasionem huic sanctioni praebuere innumera Priscilianistarum (t) sacrilegia. In reliquis Ecclesiis diutius mos ille mansit.

Exponitur publice Eucharistia, atque solemniter circumseruit a saeculo decimo quarto. Verum quidem est etiam oīm asservari conveisse gratia infirmorum. Quibusnam diebus fieri valeat haec expositiō, aut publica circumgestatio, quæniamque observanda in eis sint, spectat ad officium Episcopale; quin ulla exemptis hac in re prossint privilegia: unde Regulares, hac in re delinquentes, corrigendi, atque puniendi sunt ab Ordinario; neque sine eius licentia ipsis licet sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicè adorandum etiam in propriis Ecclesiis exponere.

Hic proprium sibi vindicant locum quæstiones, omnes, quæ moveri solent, tum circa ritus in celebratione Missarum celebrando, tum quoad officii divini, sive horarum canonicarum recitationem: cum tamen hi, quos illa omnia tangunt, edocit in eis sint, atque in id invigilare usquam desistant apud nos Episcopi, immorari me in iis non debere censui. Nihilominus, ne quam, vel levissimam errandi occasionem ultrò Tyronibus relinquamus, animadverteendum duxi, quantumvis verba illa: *Sufficit Sa-*

T 2

cer-
tribuere vellent, ut carum mos est, ait Salmonius: quod Concilium tam in eis, quam in viris prohibueret.

(t) Prodiit haeresis Priscilianistarum in Hispania in saeculo quarto. Eius Auctor Priscilius, dominus in Concilio Caesaraugustano, et in Burdigalensi in Gallia, provocatus ad Tyrannum Maximum, tunc inibi degentem; hic vero decapitari eum fecit. Congresserat hic Haeresiarca Gnosticorum imputicietas, et deliramenta Manichaeorum.

*Sacerdoti semel in die unam Missam solenniter celebrare, excepto die Nativitatis Dominicæ: quæ legitur in capitibus 3. et 12. b. tit. consilium continere videantur, non præceptum, strictè prohibitam esse iterationem Missæ: eodem die pluribus Constitutionibus posterioribus, præsertim verò in Epistola Decretali Benedicti XIV. ad Episcopum Oscensem, quæ incipit: *Declarasti*; exceptis sancis casibus, qui non omnibus sunt, atque videri apud eundem possunt in Tractatu de *Sacrificio Missæ*. Sed et notandum est in praedictis Decretalibus solùm excipi diem Natalis Domini, verum apud nos aquæ licere Sacerdotibus omnibus, tam saecularibus, quam regularibus tres Missas celebrare in die Commemorationis Fidelium omnium defunctorum ex Constitutione *Quod expensis*, eiusdem S. Pontificis ann. 1748. quavis modi permittatur tríplicem recipere elemosinam, aut reliquas duas Missas in implementum oneris destinare.*

TITULUS XLII.

De Baptismo, et eius effectu.

Baptismus ianua est omnium Sacramentorum, donorumque omnium Dei pulcherrimum, ut aiebat Gregorius Nazianzenus. Quoties de forma in eius collatione servanda sermo est, distinguenda sunt essentialia ab illis, quæ tantum ritum respiciunt. Materia Sacramenti est solùm aqua naturalis, iuxta Tridentinod. in sess. 7. can. 2. in quo sic habetur: *Si quis dixerit aquam pueram, et naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque idem verba illa Domini nostri Iesu Christi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorsebit, anathema sit.* Quanam sit aqua naturalis, et vera, aestimandum venit ex usu loquendi: si vero

du-

dubitetur, grave piaculum est, extra casum necessitatis, talam aquam adhibere.

Forma haec est: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Graeci paulò immutata formâ utuntur, exprimunt autem distinctè Personas Trinitatis.

Utrum exprimenda sint ex necessitate Sacramenti verba illa: *Ego te baptizo*, dubitatum olim fuit, et etiam nunc discepuntur: sanè Alexander III. censuit in cap. 1. b. tit. non conferri baptismum, si omittantur, ait enim, quod si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, amen; et non dixerit: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, amen;* non est puer baptizatus.

Disputant quoque Theologi an validè conferatur in nomine Christi sine mentione expressa Trinitatis; atque ea occasione querunt, an Apostoli baptizaverint in nomine Christi: illud certum est, non sine magno peccato recessuros Ministros à receptis formulis, rituunque ab Ecclesia prescriptorum observantia.

Minister ordinarius olim erat Episcopus, nunc Parochus: ex istius autem delegatione conferre possunt simplices Sacerdotes, et Diaconi; et, si necessitas urgeat, etiam laici, sive viri sicut, sive foeminae: inno et illi, qui nunquam fuerunt in Christiana communione, aut ab eadem recesserunt, dummodo debitam materiam, et formam adhibeant, habeant. que intentionem faciendi quod facit Ecclesia, validè conferunt, uti definitiv Sinodus Trident. in canonе 4. d. sess. 7. Neminem latet quām acriter contrarium sustinuerint primis Ecclesiae saeculo Patres Africani (1).

Quod

(1) Tertio Ecclesiae saeculo gravissimae concertationes obortae fuerunt circa validitatem baptismi ab haereticis collati; nam

Quod ad ritus spectat, qui in collatione huius Sacramenti interveniunt, communis sententia est, eosdem olim adhiberi consuevisse, qui hodie frequentantur: in modo vero notatur non mediocris differentia: nam antiquitus, secluso casu necessitatis, conferebatur baptismus solemniter temporibus Paschae, et Pentecostes solum, exceptis monachis Ecclesiis, in quibus et in Epiphania tribuebatur. Deinde variae olim erant Catechumenorum stationes; conferebaturque baptismus per immersionem, ad quam nudabantur, viri quidem a Diaconis, foeminae autem a Diaconiis. Abluebat quoque Episcopus in aliquibus Ecclesiis pedes baptizandorum, quod prohibuit in Hispania Concilium Illyberitanum. Denique conferebant simul cum baptismi Confirmationem, et Eucharistia. Qui penitus scire cupiet ritus olim in baptismi adhiberti solitos, audeat inter alios Ioannem Cabassutum in *Notitia Ecclesiast. saeculi II. Dissertat. IV.*

Semper in usu fuit, ut interessent baptismi Fideiussores, seu Susceptores, quos hodie vocamus Patronos: de quibus Concilium Trident. cavit, ut unus tantum interesset, aut ad summum unus, et unus; ob coagulationem scilicet spiritualium, quae inde exurgit, et de qua instituetur specialis sermo in lib. 4.

Diximus superius olim Confirmationem simul cum Bap-

tom Africani Patres, praeciente sive Agrippino Carthaginis Episcopo, sive Terulliano, qui ante Agrippinum sententiam suam aperuisse videtur, contendebant baptizatos ab hereticis rebaptizandos esse, neque aliter in Ecclesiam debere admitti. Stephanus Pontifex Romanus viriliter contrarium sustinuit, et forte animo ardenteri zelo, de quo non semel conatus est S. Cyprianus; tandem recepta communiter fuit Ecclesie Romanae traditio. De baptismi, qui a non baptizato collatus fuerit cum intentione faciendo quod facit Ecclesia, etiam temporibus D. Augustini dubitabatur; deinceps vero decisa fuit, et haec quæstio.

Baptismo conferri solitam; atque ob hanc causam tractationem eius in hunc locum rejecimus, dum de Sacramentis in genere ageremus in lib. 1. pauca ergo nunc de ea praelabimur.

Definivit Concilium Trident. in dict. sess. 7. Confirmationem esse verum, et proprium Sacramentum, anathematizans eos in can. 1. damnam, qui dixerint otiosam esse ceremoniam, aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quandam, qua adolescentia proximi fidei sue rationem coram Ecclesia exponebant.

Minister ordinarius est solus Episcopus; an vero Presbiter possit esse extraordinarius, atque ex delegatione S. Pontificis hoc Sacramentum conferre adhibito oleo ab Episcopo benedicto, quæstio est. Concilium Trident. tantum ordinarii meminit Ministri in can. 3. d. sess. 7. dum anathema in eos infligit, qui dixerint, sanctæ Confirmationis ordinarij Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem. Deinde plurima sunt exempla huiusmodi delegationum, praesertim in Regionibus Americanis, que Regibus nostris subsunt, ut videre est apud Benedictum XIV. de *Sinodo Dioces. lib. 13. cap. 15. n. 1.* ubi et se ipsum indulustum tribuisse referit anno 1751. Archiepiscopo Limano, et Episcopo Quitensi, ut Presbiterorum opera uterentur ad conferendam Confirmationem Incolis Regionum quarundam, ad quas accedere ipsis Praeditis non licet. Quantunvis ergo de canonum non nullorum, ex quibus id deponiti contenditur, intelligentia adluc disputetur, de quæstione tamen ipsa nulla iam remanere posse videtur dubitatio.

De forma, et materia huius Sacramenti non satis constat: adhibetur quidem manum impositio comite oratione, et unguit frons chrismate: coeterum dubitatur an sola manum impositio cum oratione sit de essentia Sacramenti, an insuper requiratur et uncio.

TITULUS XLIII.

De Presbitero non baptizato ministrante.

Ex eo quod Baptismus sit ianua omnium Sacramentorum, sequitur, eum, qui, non baptizatus, ordinatur, ordinis characterem non recipere: debet ergo prius baptizari, et iterum ordinari, ut resolutue in cap. 1. b. tit. Si queratur de baptizatis à tali Presbitero, dicendum est, eos mansisse baptizatos, dummodo servaverit debitam formam, simul necessariam materiam adhibeas, habueritque intentionem faciendi quod facit Ecclesia, iuxta ea, quae diximus titulo praecedente.

Innocentius III. in cap. 2. consultus de Presbitero, quem sine iusta baptismatis diem extremum clausisse proponebat, solum enim asserit ab originali peccato, et coelestis patriæ gaudium esse adeptum, quia in sanctae Matris Ecclesiae fide, et Christi confessione perseveraverat. Hinc est, quod quotiesquis probabiliter credat se esse baptizatum, ex eo praesertim quod parentes Christianos habuerit, nimium solicitus de eo esse non debet; licet enim re ipsa ita non sit, salvabitur, si recte vivat, cum baptismio flaminis, qui, quanvis non sit verum Sacramentum, supplet baptismum fluminis; ut accidit etiam in baptismate, quod vocamus sanguinis:

Capit. 3. b. tit. caute legendum in illis verbis.
Cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus Sacramentis, quod baptismus sit fundamentum illorum, recolendaque sunt quea diximus de interpretatione Rescriptorum lib. 1. tit. 3.

TITULUS XLIV.

De Custodia Eucharistiae, Chrismatis, et aliorum Sacramentorum.

Consuevit semper Ecclesia sacrum Eucharistiam asservare, ut Viaticum hoc fidelibus infirmis praebetur, ut supra diximus: hinc est quod in antiquis monumentis inveniatur mentio Ciboriorum, Columbarium, et sacram Plixium, in quibus sanctissimam Eucharistiam sub fidelibus clavibus servari debere ait Innocentius III. in cap. 1. b. tit. ne temeraria manus accedere possit ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda: idemque statuit de Chrismate. Verum in usu etiam apud antiquos fuit, ut appendenterent ex Altaribus Columbae aureae, aut argenteae ad repraesentandum Spiritum sanctum, quanvis ad servandam Eucharistiam non essent destinatae.

Sinodus Tridentina sess. 13. de Eucharistia cap. 6. sic ait: *Consuetudo asservandi in Sacario sanctam Eucharistiam adeo antiqua est, ut eam saeculum etiam Nicenii Concilli agnoverit. Porro deferriri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, et hunc usum diligenter in Ecclesiis conservari, præterquam quod cum summa aequitate, et ratione coniunctum est, tum multis in Conciliis præceptum inventur, et vetustissimo Catholicæ Ecclesiae more est observatum. Quare sancta haec Sinodus retinendum omnino salutarem buno, et necessarium morem statuit. Deinde in canone 6. anathematice illos damnat, qui dixerint in sancto Eucharistiae Sacramento Christum unigenitum Dei filium non esse cultu Latiane, etiam externo, adorandum; atque ideo nec festiva peculiari celebitate venerandum, neque in Processionibus secundum laudabilem, et universalem Ecclesie sanctae ritum, et consuetudinem solemoiter circumgestant.*

dum, vel non publicè, ut adoretur, Populo propo-
nendum, et eius adoratores esse idolatræ.

Iuxta Benedictum XIV. Regulares delinquentes in
praedictam Innocentii III. sanctionem non solum à
suo Superiori Regulari, sed etiam ab Episcopo, cor-
rigi, ac puniri possunt, sicut approbante Innocen-
tio XIII. rescriptum fuit à sacra Congregatione Epis-
cop. et Regular. die 8. Ianuarii anni 1724.

Quod de eiusdem asseratione hic dicimus, in-
telligendum venit de Ecclesiis Parochialibus: nam re-
lique indigent privilegio, si continuò eam habere
velint. Superyacaneum foret sermonem instituere de
eiusdem renovatione peragenda.

Statuunt quoque in *boc tit.* supellectilia, alia-
que profana, in Ecclesiis non esse deponenda, et
custodienda, nisi gravis urgeat necessitas, quod et
in nostris legibus invenimus cautum, simius cum aliis
plurimis sanctissimis sanctionibus in eum finem ins-
titutis, ut, et sacramissimae Eucharistiae, sive dum
in Ecclesiis publicae venerationi exponitur, sive dum
ad infirmos, aut alias circumfertur, debitus ser-
vetur honos, et arceantur ab Ecclesiis omnia, quæ
aliena sunt à sanctitudine, quæ eas decet: et sanè
hac in re nunquam nimium accuratè invigilabunt lu-
dices saeculares.

Denique curare debent sacri Administruti, ut Tem-
pla ipsa, vasa Sacrificii, aliqua omnia cultui divi-
no destinata, munda sint, et nitida; ut etiam in
externis apparent signa internæ puritatis; nam, ut
ait Innocentius III. in *praedict. cap.*, nimis videtur
absurdum in sacris sordes negligere, quæ dede-
cent etiam in profanis.

TITULUS XLV.

De Reliquiis, et veneratione Sanctorum.

Praeter cultum, quem directè Deo reddimus, ut
supremo conctarum rerum Domino, est et aliis, qui
nimur illis exhibetur, qui cum eo feliciter regnant,
ut ita laudetur Dominus in Sanctis eius. Coeterum
longè differt cultus Sanctorum, ab eo, quem Deo im-
pendimus: hinc distinctio cultus Latriæ. Hiper-
duliae, et Duliae, in quibus exponendis haud mora-
bor, neque in quaestionibus recensendis, quæ haec in
re exortae sunt, Tridentini Conc. verba referre con-
tentus in Decreto de *Invocatione, veneratione, et Re-
liquiis Sanctorum, et sacris Imaginibus in sess. 25.* ibi: *Imaginiæ porrò Christi, Desparas Virginis, et
aliorum Sanctorum, in Templis praesertim babendas,
et retinendas, eisque debitum honorem, et venerationem
impertindam; non quod credatur inesse aliqua in iis
divinitas, vel virtus propter quam sint colendæ, vel
quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in
imaginibus sit figura, veluti olim fiebat à Gentibus,
quæ in idolis spem suam collocaabant; sed quoniam ho-
nos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ
illæ repræsentant: ita ut per imagines, quæ oscu-
lantur, et coram quibus caput aperimus, et procum-
bimus, Christum adoremus; et Sanctos, quorum illæ
similitudinem gerunt, veneremus.*

Haeretici iconoclastas saeculo octavo Sanctorum
cultum, sanctarumque Imaginum, profligare totis
viribus studuerint: qua occasione mirum quot fa-
cinora Orientis Imperatores Leo Isaurus, Constanti-
nus Copronymus, atque huius filius Leo alter, per-
petraverint. Verum auspicio religiosissimæ Irenæ,
quæ pro filio suo Constantino, quem decennem pa-
ter reliquerat, gubernavit, concia Nicaena Sino-

do II. damnata fuit detestanda illa haeresis. Eam saeculo decimo sexto renovarunt Lutherus, et Calvinus, qui nullam antiquam haeresim non iterum excitarunt, ut ait Benedictus XIV. Hinc Sinodus Tridentina praedicto loco ait: *Ilos, qui negant Sanctos aeterna felicitate in Cœlo fruentes, invocandos esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorum, ut pro nobis- etiam singulis orient, invocationem esse idolatriam; vel pugnare cum verbo Dei, adversarique bonori unius mediatoris Dei, et bonum Iesu Christi; vel stultum esse in Cœlo regnantiibus voce, vel mente supplicare; impio sentire::: Affirmantes Sanctorum reliquias venerationem, atque honorem non deberi; vel eas, aliisque sacra monumenta a Fidelibus inutiliter honorari; atque eorum epis imperundae causa Sanctorum memorias frustra frequentari, omnino dannat sancta Sinodus.*

Uti autem haereticos talia mollientes constantissimè coercuit semper Ecclesia, ita strictè prohibuit, quod quisquam pro sancto coleretur privata auctoritate. Olim spectabat hoc iudicium ad Episcopos, siue cum dependentia à Sede Apostolica, atque ex eiusdem delegatione, ut contendit Liberius à Iesu in Controversiis, siue absque ea, quod verius existimat.

Deinde Summi Pontifices sibi reservarunt, sicut certo non constet quoniam tempore.

Ut errores, ac superstitiones procul arceantur in Reliquiarum, atque Sanctorum Imaginum veneracione, statuit Innocentius III. in cap. 2. b. tit. inventas de novo reliquias non ante venerandas, quam auctoritate Rom. Pontificis fuerint approbatæ: deinde Praelatos invigilare debere, ne qui ad eorum Ecclesiæ causa venerationis accedunt, variis figuris, aut falsis documentis decipiantur: quæ omnia confirmavit Sinodus Tridentina praedicto loco his verbis: *Omnis porro superstitio in Sanctorum invocatione, Reliquiarum veneratione, et Imaginum sacro usu tollatur; omnis turpis quaestus eliminetur; omnis denique lascivis vitetur; ita ut processi venustate Imagines non pingantur, nec ormentur; et Sanctorum celebratione, et Reliquiarum visitatione homines ad coemissiones, atque ebrietates non abutantur, quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum, ac lasciviam agantur. Postrem tanta circa bacis diligentia, et cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, aut præpostere, et tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque in honestute appareat, cum Dominum Dei debeat sanctitudo.*

tollatur; omnis turpis quaestus eliminetur; omnis denique lascivis vitetur; ita ut processi venustate Imagines non pingantur, nec ormentur; et Sanctorum celebratione, et Reliquiarum visitatione homines ad coemissiones, atque ebrietates non abutantur, quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum, ac lasciviam agantur. Postrem tanta circa bacis diligentia, et cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, aut præpostere, et tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque in honestute appareat, cum Dominum Dei debeat sanctitudo.

Plurimæ in eandem rem prodierunt Pontificiae Constitutiones, è quibus illa videtur minimè prætermittenda, in qua Gregorius XIII. interdixit sub excommunicationis poena, facto ipso incurrienda, ne quis, sive vir, sive mulier, Saecularis, aut Ecclesiasticus, etiam Regularis Ordinis, quoenamque gradu, conditio, statu, nomine, dignitate, et honore præcellat *Agnus Dei* per Rom. Pontificem, pro tempore existentem, benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud superinducere, per se, vel per alios, aut illos veniales proponere, seu tenere, quovis praetextu, qualivete de causa audeat. Verum eos albos, et mundos, Agnum illum purum, et innocentem reprobantentes, qui occisis, pretiosissimo sanguine suo nos redemit, decenter, ac reverenter à cunctis haberi decernit.

De Observatione Ieiuniorum.

Nemo est qui nesciat servanda esse ieiunia diebus ab Ecclesiæ præstitis: quapropter nihil in hoc Titulo occurrit, quod vel minimam requirat explanationem. Possent sane arrepta occasione plura en-

158 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

mulari de ieiuniis veterum , qui non tantum à carnis-
bus , et piscibus , sed et à vino , et oleo abstine-
bam ; insuper neque desumebant quidquam ante
vesperam , neque agnoscebant refectiunculam , quae
apud nos sub *collationis* nomine invahit : verum
hac plurimi iam praesternat .

Illiad existimo gratum Lectores gerent , si subjici-
ciatur hic Summa Constitutionum , et Litterarum
Encyclicarum , quae editae fuere hac de re à Sum.
Pontifice Benedicto XIV. quibusque morem hodie ger-
rimus . En ergo illam , qualis refertur à Giraldi , ex
Sinodo Tusculana anni 1763.

I. Nemini quidem sine legitima causa , et sine
utriusque Medici consilio ; multitudini vero , veluti
Populo , aut Civitati , aut Gentil indiscriminatim in-
tegras , nonni gravissima causa , et urgente neces-
itate , et in casibus per sacramonum statuta
praescriptis cum debita Sedis Apostolica reverentia
à quadragesimali ieiunio dispensationem esse conce-
dandam , nec eam audacter , fidereturque usurpan-
dam , aut superbe , et arroganter ab Ecclesia esse pos-
tulandam .

II. Quibusunque , et quacunque occasione , sive
multitudini indiscriminatim , sive singulis ob legit-
imam causam , et de utriusque Medici consilio (dum-
modo nulla certa , et periculosa affectae valeridinis
ratio intercedat , et aliter fieri necessarii exigat)
In Quadragesima , aliquis temporibus anni , et diebus ,
quibus carnium , ovorum , et lacticiniiorum esus
est prohibitus , dispensari contigerit , ab omnibus
omnino , nemine excepto , unicam comeditionem es-
se servandam , et licitas , atque interdictas epulas
minime esse apponendas .

III. Concedentes facultatem vescendi carnis
tempore vetio sub gravi teneri easdem facultates
non aliter dare , quam genitis hisce adjectis con-
ditionibus , videlicet unicae in diem comeditionis , et
non

TITULUS XLVI. 159

non permiscendarum epularum : eos vero , qui huius-
modi facultatis utuntur , sub gravi ad bines ipsas
conditiones implendas obligari .

IV. Utrumque grave paeceptum unicae comeditionis , et non permiscendi epulas licitas cum interdictis etiam extra Quadragesimam urgere iis diebus , quibus servandum est ieiunium de paecepto . *N*o**

V. Epulas licitas , quae vetantur cum interdictis coniungi , pro iis , quibus permisum est carnes comedere , esse carnes ipsas : epulas vero interdictas esse pisces , adeoque utrumque simul adhiberi non posse . Piscibus tamen edendis non interdicti eos , quibus datur tantum facultas adhibendi ova , et lacticinia .

VI. Iis , quibus concessum est vesci carnis , non
licere in vespertina refectiuncula ea quantitate carnis
vesci , quae ieiunibus permitiuntur : sed opus habere eo cibo , eaque uti portione , quibus utuntur
homines ieiunantes recte meticulosae conscientiae .

VII. Praeceptum de utroque epularum genero non
misdendo dies quoque Dominicis quadragesimales
complecti : ab hi vero , quibus ieiuni tempore ves-
ci carnis permittitur , non modo unicam comeditionem ,
verum etiam horam ieiunantibus praecep-
tam observandam esse .

TITULUS XLVII.

De Purificatione post partum.

Praescriptum in lege veteri erat quod mulier post
partum immunda censeretur , et ab ingressu in Sanctuarium
abstineret quadragesinta diebus , si masculum peperisset , sexaginta vero , si foeminam : quibus
denuo transactis , in Templum à Sacerdote introducebatur . Morem huic legi fecit Deipara Virgo , enixo illo humilitatis amore , qui inter
ineffabiles alias virtutes suas praecelluit , duera-
alias .

~~atino immix semine~~ alia enim minimè erat obstricta , utpote , quae non
peperisset , quod in lege Mosaica exprimitur , et virtute , et gratia Spiritus sancti .
~~sanguine suo~~

In lege Gratiae non adesse hoc praeceptum , proindeque mulieres , quae post prolem emissam Ecclesiastiam intrare voluerint gratias acturae , nulla peccati mole gravari , neque aditum Ecclesiarum eis esse denegandum , ait Innocentius III . in cap . un . b . tit . si vero aliquandiu abstinere mulieres velint ab ingressu in Templum , ob reverentiam , non esse improbandam hanc devotionem .

TITULUS XLVIII.

De Ecclesiis aedificandis , vel reparandis .

Sumitur hoc loco Ecclesia , non pro Congregatione Fidelium , aut Coetu Christianorum , sed pro sacris Aedibus , aut Templo materiali : agiturque de eiusdem aedificatione , aut reparacione .

Noa licet pro luctu novam Ecclesiam construere , sed requirendus est illorum consensus , quorum interest : et intervenire insuper debet officium Episcopi , cuius est inspicere an nova illa fundatio expediat ; an etiam congrua dos novae Ecclesiae assignetur .

Diximus alibi , licet Episcopis ex Sinodo Trident . in sess . 21 . de Reform . cap . 4 . et Bulla Apostolici ministerii novas construere Ecclesias , quoties antiquae tanto Populo non sufficiant , aut accedere ad eas fideles nequeant absque magno incommodo ob locorum distantiam , et itinerum difficultatem adiecimus posse etiam eos assignare dotem novae Ecclesiae ex antiquae redditibus , si alter haberit nequeat : haec autem omnia iam antea statuta fuerant in cap . 3 .

Quo-

Quoties non de Ecclesia de novo fundanda sermo est , sed de colapsae , aut dirutae aedificatione , aut reparacione , dicemus ad eam primò illos teneri , qui speciali aliqua pactione sese ad id obligarunt , sive in limite fundationis , aut extra eam , praecipue si hac ratione utilitate , aut privilegio aliquo fungantur . Deinde attendendum est an Ecclesiae ipsi , aut Fabricae sufficienes reditus sint ad Aedium constructionem , aut reparacionem . His deficientibus ad eos est recurrendum , qui percipiunt decimas , aliosque Ecclesiae ipsius reditus : cum enim bona ecclesiastica in eum finem conferantur , ut Ministri Altaris alantur , et ut sacra tecta sint templa , insunt ipsis haec onera . Tandem in subsidium tenentur fidèles , quorum interest Ecclesiae sua aedificatio , aut reparatio . Hisce reguli , quae statutae conspicuntur in capitibus huius Tituli , sese accommodavit Sinodus Tridentina , atque eidem regitur hodierna disciplina . Coeterum illud adhuc animadvertendum superest , causas , quae circa aedificationem , aut reparacionem Ecclesiarum oriuntur , quasque frequentissimae sunt , diversa apud nos exposcere Tribunalia pro diversis cuiusque Ecclesiae qualitatibus . Si de iis agatur , quae comprehenduntur sub Regio Patronatu , discutiendas sunt in Camera Regia : sia autem circa illas quæstio oriatur , quæ tributæ sunt ex privilegio Ordinib[us] Militarib[us] , cognoscet de ea ille Tribunalis eorundem Ordinum Consiliarius , qui mandatae fuerint à Rege huiusmodi causæ ; committi enim semper uni solent atque apud eum discutiuntur , contentibus decimarum perceptoribus ex uoa parte , et Ecclesiarum Defensorre ex alia . Deinde si de Paraectanis in subsidium eוגendis agatur in qualibet Ecclesia , non ante compelli possunt ad aedificationem , aut reparacionem , quam à Supremo Senatu , causa cognita , id aequum

Tom. II.

X in-

N. iudicatum fuerit: atque idem erit quoties contendatur quoconque alio ex capite ipsis nonus in cumbere, veluti ob exemptionem à Primitiarum solutione, aut ob receptam, servatamque ex antiquis temporibus consuetudinem, ut in quibusdam Dioecesisibus contingere compertum nobis est. Tandem ex eo, quod ad Ecclesiae novae erectionem requiratur illorum, quorum interest, consensus, fluit, devinire apud nos ad eam neminem posse, qui praecedat licentia, sive placitum Regis, cui competit non solum Ecclesiarum omnium tutio, sed et protectione Decisionum Tridentinarum, et universae ecclesiasticae disciplinae, quae laederetur non semel, si licet pro luctu novas ubique extrahere Ecclesias.

TITULUS II.

De Immunitate Ecclesiarum, Coemeterii, et rerum ad eas pertinentium.

Honos personis, rebusque sacris debitus in causa fuit, ut eisdem plurimae concederentur exemptiones, tum legibus, tum consuetudinibus, quae comprehendenduntur in hoc Titulo sub nomine immunitatis: huius autem diversas species distinguere initio oportet, ne invicem confundantur.

Et quidem latissime patet haec materia: tenebris quoque, et difficultatibus non parum est involuta: in his autem adiunctis sufficiet mihi propositi metas transigere non valenti, solidiora propnere principia, quibus regantur Tyrones, dum ad eos studia sua convertunt, qui consulto rem explanarunt.

Immunitas aut localis dicitur, aut realis, aut personalis, aut mixta. Localis, que alio nomine vocatur Asylum, spectat sacras Aedes: personalis

lis

TITULUS II. 163

lis ecclasticas personas respicit: realis earum, et Ecclesiarum bona: denique mixta tam ab bona, quam ad personas pertinet.

Immunitas localis in eo consistit, quod Rei ad Ecclesiam confugientes patrocinium ibidem inveniant.

Eius origo antiquissima est, nam in Lege veteri designatas Civitates scimus, quae criminosis Asylo forent. Pagani quoque Asylum in Tempis suis agnoverunt: qui bonos nemo non videt quam potiori ratione deferri debuerit Ecclesiis nostris, ex quo Imperatores Christianani Religionem amplexati sunt. Et quidem Episcopos ab eo tempore pro criminosis ad Ecclesiam confugientibus enixè intercedere consuevisse constat, plurimumque Principes deferre solitos precibus sanctissimorum virorum, qui Reos à poenis liberatos subjiciebant gravissimis poenitentiis, atque reducere contendebant modis omnibus ad bonam frugem.

Ex eo concludere minime auderem, immunitatem localem in sola Episcoporum intercessione, et precum interpositione, constituisse. In canone 7. Concilii Araucani, quod habitum fuit anno 441. haec leguntur: *Eos, qui ad Ecclesiam confugerint, traditionem oportere, sed loci reverentia, et intercessione defendi, ut alia similia omittant: notum etiam omnibus est qua ratione Ioannes Chrysostomus defenderit ab insequebitibus Magistratibus, et Militibus, flagitiissimum Eunuchum Eutropium, qui, postquam suis suasionibus, et artibus, quā potuit, contrarium sese exhibuerat Asylo temporibus Arcadii, ad idem supplex confugere coactus fuit divino iudicio; neque enim eum extrahi permissit ab Ecclesia Antistes sanctissimus, quin de vita securitate iusurandum à Magistratibus praestaretur.*

Quantum sese extenderint immunitatis huius limites processu temporis, ostendunt constitutiones pos-

teriorum Imperatorum, que extant in Codicibus Theodosiano, et Iustinianeo. Interea autem salus publica, cui nihil magis adversum impunitate criminum, exigebat quod disciplina hac in re infecta coerceretur; quod et rectae rationi conforme est, quae suadet impium esse auxilium impensis omnibus praebere, et legi Mosaicae admodum consentaneum: iuxta eam enim non quibusunque criminosis Asylum erat in designatis Civitatibus, sed illis, qui fragilitate potius, quam dolo delinquissent: quod dubitare neminem sinit sacra pagina; in Deuteronomio namque cap. 19. v. 4. et seq. ita alloquitur Dominus servum suum Moisem: *Haec erit lex homicidie fugientis, cuius vita servanda est: qui percusserit proximum suum nesciens et qui bari, et nudus tertius nullum contra eum odiu babuisse comprobatur; sed abisse cum eo simpliciter in silvam ad ligna caedenda, et in successione lignorum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium confugiet, et vivet: ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus persequatur, et apprehendat eum, si longior via fuerit, et percutiat animam eius, qui non est reus mortis: quia nullum contra eum, qui occisus est, odium prius babuisse monstratur.* Deinde, Numerorum capite ult. vers. 18. et seq. Si per odium quis bonum impulerit, vel jecerit quidpiam in eum per insidas; aut cum esset inimicus, manu percusserit, et ille mortuus fuerit; percussor homicidii reus erit, cognatus occissi: quod si fortuitu, et absque odio, et inimicitia quidquam borum fecerit, et hoc audiente Populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem, et propinquum sanguinis quaestio ventilata, liberabitur innocens de uitoris manu, et reducetur per sententiam ad urbem, ad quam configerat.

Ea-

Eadem ratione imminutus quoque fuit apud nos numerus Templorum Asylum praestantium, exceptis simul nonnullis atrocioribus criminibus, ut patet plurimis Constitutionibus Pontificiis, Regumque nostrorum Decretis, quae omnia referre longum foret: exceptit aliqua et ipse Innocentius III. qui in cap. 6. b. tit. agens generaliter de iis, qui immunitate gaudent, ait neque ab Ecclesia violenter extrahendos, neque inde damnandos ad mortem, vel ad poenam, sed Rectores Ecclesiarum obstinare eis debere membra, et vitam: exceptit vero deinde publicum latronem et nocturnum depopulatorem agrorum. Tandem utilitati, atque tranquillitati publicae consultum fuit nostris temporibus a S. Pontifice Clemente XIV. et foeliciter regnante Carolo III. statuendo, quod in unoquoque Oppido, aut Civitate, una tantum, ubi autem ingens est lucularum numerus, duae Ecclesiæ iure Asyli in casibus non exceptis fungantur: quae cum designatae sint, et praescriptae simul regulæ, quibus in Reorum extractione debitus Ecclesiis servetur honos, nulla iam relieta videtur ansa contentionibus, quae frequenter hac de re oriebantur inter Iudices Ecclesiasticos, et Saeculares.

Agnoscitur etiam in Ecclesiis alia immunitas in eo consistens, quod amendantur procul profana omnia, cuncta quoque, quae aut turbare possint divina officia, aut reverentiam Domui Dei debitam laedere. Et quidem quam sollicitè se gesserint hac in re Religiosissimi Reges nostri, satis exhibent Leges Patriae, in quibus strictè prohibitum legitimus quidquid dedecere vel minimum visum est sanctitatem locorum Deo sacrorum: talia sunt, confabulationes, Chorearum in Processionibus usus, in iis praecipue, in quibus sacra Eucharistia publicè circumfertur, aliaque huiusmodi. Hic obiter adnotare non desinam, quam sit merito reprehendendus Ioannes

nes Cabassutius in expositione canonis 23. Concilii Toletani III. anni 589. qui indecora nimis levitate ductus , et praedicas , quae apud nos invaluerant, Chorea, cum ludricis , atque ridiculis gesticulationibus confudit , et iuustam , tum Hispani Populi indoli , tum venerando Tribunali , quod fidei illibatae servandae vigilat , inuit ea occasione notam. Conferuntur eius verba cum lis , quae leguntur sive apud Salianum , ad annum Mundi 2990. sive apud Benedictum XIV. de Sinod. Dioeces. lib. II. cap. 3. n. 1.

Plurima ostendunt monumenta quanto honore prosequerentur primi fidèles personas omnes Ecclesiasticas; quod licet posterioribus saeculis non ita strictè fuerit servatum, tum ob adauetum nimium earum numerum , tum etiam quod non parum ipsarē deviaverit à pristina illa gravitate , morumque puritate; grave tamen crimen semper habitum fuit quidquam adversus personas Deo sacras atten- tare. Nota omnibus est poena canonis: *Si quis suadente diabolo: quae edita primum fuit in Concilio Remensi anni 1131. et confirmata in Lateran. sub Innocencio II. occasione nempe persecutionis, quae Auctorem habuit Arnaldum Brixensem: quavis autem conceptu primum fuisse videatur in eos solos, qui Arnaldo adhaeserant, extensa tamen fuit posterioribus Constitutionibus, ita ut immunitas personalis primum in sententia huius canonis consistat, qui 13. est in Concilio Remensi, et 15. in Lateranensi his verbis conceptus: Item placuit, ut si quis suadente diabolo huius sacrilegi reatum incurrit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat; ut nullus Episcorum illum praesumat absolvere, nisi mortis urgente periculo, donec Apostolico conspectu presentetur, et eius mandatum suscipiat. Statutum etiam prius idem fuerat in Concilio Claromontano,*

no, anni 1130. cui etiam, sicuti et Remensi, praesedit idem Innocentius II. eorumque canones transfun-di curavit in praedicto Lateranensi , quod habitum fuit anno 1139. ut ita maiori fungerentur auctoritate.

Gaudent præterea Clerici privilegio fori, cuius mentionem fecimus in lib. 2. tit. de Foro competent. Consistit in eo, quod nonnisi apud Iudices ecclesiasticos eorumdem cause discutiantur: sed latior rem hoc exigit indaginem , cum neque Clericis omnibus hoc privilegium competit, neque locus illi sit in quibuslibet negotiis.

Et quidem in primis, Innocentius XIII. in Bu-lla, quae incipit: *Apostolici Ministerii*, post commendatam illam Tridentini Concilii sanctionem, in qua statuitur nonnisi eos ecclasiasticae Militiae per primam Tonsuram esse adscribendos, qui probabilem præbeant conjecturam, se non saecularis in- dicti vitandi consilio, sed sincero animo fidelem cultum Deo praestandi, hoc vitae genus elegisse; et postquam pro tutiori huius Conciliaris sanctionis executione statuit, ut ab Hispanis Archiepiscopis, et Episcopis non alii admittantur ad primam Ton- suram, quam quibus ecclasiasticum aliquod benefi- cium statim sit conferendum, aut quos constiterit literarum studio operam sic dare ut quasi in via ad ordines, tum minores, tum etiam deinde maiores suscipiendos versari videantur; vel demum quos viderint expedire aliquius Eclesiae servitio, vel mi- nisterio deputari, iuxta illam regulam à Tridentinis Patribus stabilitam, ut nullus ordinetur, qui indicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Eclesiae, quique illi Eclesiae , aut pio loco, pro cuius utilitate, aut necessitate assumitur, non adscribatur, ubi re ipsa functiones muneri suo consentaneas exerceat; decernit, quod si qui sint Clerici, aut prima Tonsura, aut minoribus Ordinibus initiati, nullum que

que ecclasiasticum beneficium possidentes, qui negligitis Concilii Tridentini decretis, habitum Clericalem, ac Tonsuram non deferant, vel, si etiam deferant, non tamquam certae Ecclesiae, aut Loco pio, cui ex mandato Episcopi adscripti fuerint, inserviant, sive in Seminario Ecclasiastico, vel in aliqua Schola, aut Universitate de licentia sui Ordinarii non versentur; Episcopi, nulla etiam praemissa monitione, eos privilegio fori privatus declarant, eorumque adscriptionem servitio certae Ecclesiae antea factam deleri iubant.

Hinc palam est apud nos neque primam Tonsuram, aut maiorum Ordinum susceptionem sufficeret, ut Clerici in minoribus constituti fungantur praedicto fori privilegio; sed requiri insuper, quod certae Ecclesiae ministerio, aut servitio, ab Episcopo adscripti sint, in quo re ipsa versentur, quodque tonsuram atque habitum deferant Clericalem; neque satis esse haec simpliciter asserere, nisi et clare probentur, et nota fiant iudicii saeculari, qui alias adversus tales Clericos procedet iurisdictione ordinaria fultus, quae natura sui extenditur in Vasculos quoscunque, donec priuilegio sese exemptos edoceant. Qui in Seminario, Schola, aut Universitate commorantur de licentia Episcopi, aequè id probare debebunt. Coeterum neque istis id proderit, ni revera incumbant litteris utilitati Ecclesiae uberioris deinde prospecturi, neque adscriptio servitio Ecclesiae sufficiat, nisi reipsa eidem navent operam, aut si praeter ordinaria ministeria, alia excogitentur ad ita plures extendendam exemptionem fori; nam utrumque fieret in fraudem Concilii, atque praedictae Bullae, et iurisdictionis Regiae maximam offensionem. Iurgia vero, quae circa harum qualitatum probationem oriuntur in dies inter Iudices, facilissimè vitabuntur, dummodo servetur ubi-

ubique adamus instrucio, quae inserta est *Nova Recopilationi lib. I. tit. 4.*

De his, qui in minoribus Ordinibus, aut Ton-sura consistunt, simul beneficia ecclasiastica obtinentes ad congruam sustentationem sufficientia, quin ad maiores velint ascendere, cautum fuit in Concordato anni 1737. neque morantur Episcopi huic incommodo ocurrere adhibitis remedii ibidem praescriptis.

Deinde, si reperiantur alii Clerici Capellanias, vel Beneficia obtinentes, quorum improba vita, aliis offensione praebens, destruet potius, quam aeditificet, vel concubinarii, aut foeneratores, vel ebrietati, ludisve alearum dediti, vel satores rixarum, vel negotiatores, vel arma gestantes, vel incertis sedibus vagantes, vel Clericalem habitum. Tonsuram non deferentes, vel ecclasiastica immunitate in fraudem tributorum, et vectigalium à Laicis non exempti solvendorum temerè abutentes, vel qui demum similia, aut maiora criminis patrantes, numero magis, quam merito ad Ecclesiam pertinere visi fuerint; iubentur Episcopi in citata Bulla aduersus eos procedere iuxta formam in Canonibus, et Pontificis Constitutionibus praestitutam. Sin autem ipsi, aliqui Ecclasiastici Iudices negligentes fuerint, aut si de avertendo irruenti scandalo agatur, vel periculum in mōra sit, praestò esse debent Indicces saeculares præcipue vero suprema Regia Tribunalia, quibus denegari non potest facultas, quoscunque personas ecclasiasticas in his casibus coercendi. Aequè ipsis potestas est in ecclasiastico, et quoscunque alios exemptos, si tumultuanti populo faveant, aut impeditre intendant iurisdictionis Regiae exercitum.

Clericos, si aduersus laicos agunt, quanvis ab his deinde invicem convenientur, nonnisi apud Iu-

dices saeculares actiones, et defensiones suas proponere debere, diximus in *titulo de Foro competenti*; et palam omnibus est. Praeterem autem plures sunt causae, quae ipsos iurisdictioni saeculari subjiciunt. Singulas referre longum foret; praecipuae autem illas sunt: si de re dono Principum saecularium accepta agatur; si Clerici causam à laico trahant, veluti dum eiusdem haeredes sunt; si alter de successione agatur, sive ex testamento, sive ab intestato, quantumvis defunctus Clericus fuerit, et inter haeredes etiam nonnulli existant, qui huiusce conditionis sint, aut si quaestio de evicione rei à Clerico venditae, aut alter in laicorum translatiae moveatur. Tandem notissima omnibus est potestas Regum, quoties avertenda sit vis inter personas ipsas eclesiasticas.

Ut assidue Clerici Deo familientur, et apud eum pro populo intercedant, immunes sunt à numeribus, oneribusque publicis; verum excipiuntur easus, in quibus salus Reipublicae aliud exigit: unde et in *cap. 2. buis tit.* respondit S. Pontifex Gregorius nullum per Romane, vel suae Ecclesiae nomen, aut alio modo excusari posse à murorum vigilis, sed omnes ad hoc generaliter compellendos, quatenus cunctis vigilibus melius valeret custodia Civitatis procurari.

Cum bona Ecclesiae, ecclasticisque viris praestita sint tanquam media necessaria ad cultum Deo exhibendum, consonum fuit, quod eximerentur ipsa tributorum, et vtegilium praestatione, ne aut Ecclesiae Ministri inopia premerentur aut sibi ipsi contrariarentur laici id ipsum auferendo, quod praestiterant: coeterum ipsi S. Pontifices censuerunt personas eclesiasticas non minus teniri debitum studium erga bonum publicum exhibere; quapropter oppressae Patriae, quae prima omnium mater est,

plures suis bonis alacriter succurrerunt: atque huius rei illustria apud nos extant exempla. Sed et realis haec immunitas non videatur comprehendisse bona Clericorum patrimonialia, in quibus non eadem est ratio; quavis iure Decretalium extensa fuerit ad bona eorum quascunque: adactis autem Clericorum, et Ecclesiarum bonis, ipsa pietas, quea immunitas tam eorum susserat, exigere coepit, quo adquisitionibus novis modis aliquis ponetur: neque enim laici iam sufficiebant oneribus hisce publicis ferendis. Varia iuxta variorum Regnorum indelem adhibita fuenterunt: nota autem omnibus subiquentur nam apud nos stabilita fuerint post Concordatum anno 1737. initum.

Quae hucusque diximus satis ostendunt quoniam moderamine legenda sint capita, quea in hoc Titulo continentur, quaeque nullam obtinenter apud nos firmitatem, quatenus praedictis sanctionibus contrariantur.

TITULUS L

Ne Clerici, vel Monachi saecularibus negotiis se immiscent.

Curae terrenae usu coelesti desiderio animum obdurescere aiebat Prosper Aquitanicus in lib. 2. de *Vita contemplativa*; intentosque negotiis saecularibus tanto insensibiliores intus effici, quanto studiosiores videntur ad ea, quae foris sunt. Hinc S. Patres, Conciliaque omnia clamant, Clericos, et Monachos abstinerere debere a negotiis saecularibus, ne illud sacrae paginae in eis impleatur: et erit sicut *Populus, sic Sacerdos*. Prohibentur ergo Ecclesiasticis non tantum turpia, sed et quae in aliis honesta sunt negotia; veluti mercatura, litium prose-

11 Y 2 quan-

172 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

No quatuor, sive Advocatos, sive Procuratores agant: exceptis sane Ecclesiarum, aut Monasteriorum suorum negotiis: sed et quo ad haec sanctum est à Rege nostro, quod non ante Mönachi audiantur, quam exhibuerint Praetoriorum suorum licentiam; ne scilicet hoc praetextu divagandi arripient occasionem.

Alia ad hoc argumentum spectantia retulimus in Tit. de *Vita, et honestat.* Clericorum: praincipia autem, que ad capitum sententiam pertinent, exponentur commodius aliis in locis, præsentim vero in Titulis de *Clerico Vendatore, et de Sententia Excommunicationis.*

FINIS LIBRI TERTII.



173



LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Sponsalibus, et Matrimoniis.

NON vobis obiter hactenus innuere nonnunquam Q debui de inconcinnâ huius Collectionis methodo, hic præcipue Lector in memoria mea revocet velim. Nullibi profecto, aut clarius ea appetat, aut plura exhibet offendicula: quare melius consuleret utilitati Tyronum quisquis, rejecto Titulorum ordine, cunctam huiusc libri materiem non interrupta serie proponeret sub præsenti Titulo, primo exponens, quinam contrahere valeant matrimonium, aut sponsalia; deinde quaenam observanda sint in eorumdem celebrazione: tandem, qualis sit utriusque contractus vis, et quinam effectus. Et quidem libertissimè hunc ordinem amplexarer, qui non modo mihi foret levamini; verum, cum ratione in Praefatione ad ducta motu, S. Raimundum pedetentum sequi sua tue-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

172 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

No quatuor, sive Advocatos, sive Procuratores agant: exceptis sane Ecclesiarum, aut Monasteriorum suorum negotiis: sed et quo ad haec sanctum est à Rege nostro, quod non ante Mönachi audiantur, quam exhibuerint Praetoriorum suorum licentiam; ne scilicet hoc praetextu divagandi arripient occasionem.

Alia ad hoc argumentum spectantia retulimus in Tit. de *Vita, et honestat.* Clericorum: praincipia autem, que ad capitum sententiam pertinent, exponentur commodius aliis in locis, præsentim vero in Titulis de *Clerico Vendatore, et de Sententia Excommunicationis.*

FINIS LIBRI TERTII.



173



LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Sponsalibus, et Matrimoniis.

NON vobis obiter hactenus innuere nonnunquam Q debui de inconcinnâ huius Collectionis methodo, hic præcipue Lector in memoria mea revocet velim. Nullibi profecto, aut clarius ea appetat, aut plura exhibet offendicula: quare melius consuleret utilitati Tyronum quisquis, rejecto Titulorum ordine, cunctam huiusc libri materiem non interrupta serie proponeret sub præsenti Titulo, primo exponens, quinam contrahere valeant matrimonium, aut sponsalia; deinde quaenam observanda sint in eorumdem celebrazione: tandem, qualis sit utriusque contractus vis, et quinam effectus. Et quidem libertissimè hunc ordinem amplexarer, qui non modo mihi foret levamini; verum, cum ratione in Praefatione ad ducta motu, S. Raimundum pedetentum sequi sua tue-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

tuerim, quā ipse eundum censuit progrediamur.
Doceat nos sacra pagina Dēum Opt. Maximum, postquam creavit in Paradiso Protoparentem nostrum Adamum, dedisse ei adiutorium sibi simile, nimirum Ewam, eisque benedicendo dixisse: *Crescite, et multiplicamini, et replete terram.* Ibidem discimus, Adamum, dum vidit Ewam, dixisse: *Hoc nunc os ex osibus meis, et ex eo de carne mea: bae vocabit virago, quoniam de viro sumpta est: quamobrem relinquet homo Patrem et Matrem, et adhaeret uxori sua, et erunt duo in carne una:* His autem verbis continēti omnes agnoscunt praecipuas matrimonii qualitates, et proprietates, ad quas resipicendum continuo sit; adjunctis simul illis regulis, quas facile cuique suadet ratio ipsa naturalis. Mitto quaestiones, quae agitantur passim circa originem matrimonii, eiusque primam institutionem, dum scilicet queritur quibusnam verbis facta fuerit; an Dgo immediate tribuenda sit, an vero mediata: an eius institutio distinguenda sit a celebratione in Paradiſo; denique an duæ institutiones, an unica tantum sit admittenda.

Quantopere ea deturpata fuerit postquam obcaecatae fuerunt per peccatum humanae mentes, nemo est qui ignoret: sive enim Scripta legar, in quibus referuntur horrenda monstra, quae apud varias Gentes invaluerint, sive, quae proprius nos attinacunt considerans, ad ea se convertant, quae et in Nationibus, quae cultiores audiunt, hodie usitantur, dolebit: statim miseram conditionis humanae levitatem.

Revocata fuere pristina coniugia iura quando Deus electo sibi Populo legem tradidit per Moisem: coeterum solidiora jecit principia dum homo factus, et apud nos in carne commorari dignatus, non solū abstulit noanullam, quae permissa Iudeis fuit

rant ob duritiam cordis eorum, sed et elevavit coajunctionem hanc ad rationem Sacramenti, ibi gratiam misericorditer constitudo, ubi maius erat periculum dellaquendi.

Ex his patet in matrimonii fidelium, qui, ut oportet, coeunt, duo esse consideranda, rationem nempe contractus, et rationem Sacramenti; quavis, ut contendit Berardus, non semper haec coniuncta sint, sed fieri etiam hodiè possit apud fideles, quod subsistat matrimonium, tanquam contractus, absque ratione Sacramenti. Cuncta ergo solicitude nostra in id tendere debet ut aperiatur quænam convenient coniugio, ut contractui, quænam ut Sacramento.

Contractui accedit Sacramentum: quapropter hoc exurgere nequit, nisi ponamus contractum validum; id est non omnino reprobatum: neque enim immutavit Deus contractum, dum ipsi Sacramentum addidit, sed subjectus mansit legibus, tum receptis apud omnes Gentes, tum speciatim in unaquaque Regione stabilitis, ut consularit per eas bono politico, quod vertitur in matrimonio, præter spirituale.

Iam vero, huiusc boni politici contemplatione illud præcipue receptum apud omnes fuit, quod matrimonium alia præcederet conventio, cui inditum est nomen sponsalium, et de qua hic primo loco erit agendum.

Distingui vulgo sponsalia solent in ea que de futuro sunt, et quae de praesenti: coeterum propriæ illa tantum hoc nomine significantur, quae sunt de futuro, de eisque intelligendum est quidquid de sponsalibus in hac tractatione tradatur.

Communiter receptam conspicimus definitionem Iurisconsulti Florentini, iuxta quam dicuntur mentio, et repromissio futurarum nuptiarum, licet for-

tē explicatiōes sint quae ab aliis traduntur. Et quidem paucis plura comprehendit haec definitio: primo namque intelligimus, conventionem hanc esse de matrimonio contrahendo; unde neque inter eas personas locis ei esse potest, quibus matrimonium perpetuū interdictum est, neque verificari potest quin concurrat utrinque consensus liber: simul autem hinc deprehendimus eandem differentiam esse inter eum, qui contrahit matrimonium, et eum, qui tantum sponsalia contrahit, quae inter duos, quorum alter mutua pecuniam praestat, alter vero se daturum promittit. Deinde, cum consensus ad eam requiratur, fieri nequit quā poterit ab iis, qui propter aetatem, aut morbum incapaces sunt consentiendi. Praeterea promissio alterius sine mutua reprobmissione non constituit sponsalia; alias enim consensus ex una parte deficeret. Sanè sufficere censeo, contra Thomam Sanchez, acceptationem, ut reprobmissio adesse dicatur, ea, enim facta intelligitur in modum mutuae sponsionis: haec reprobmissio, vel acceptatio potest esse tacita, vel expressa. Colligitur etiam inde promissionem alterius alteri innotescere debere signo aliquo sensibili, alias enim non posset verificari consensus mutuos, seu sponsio mutua. Tandem constitutas utrinque necesse est personas determinatas. Verum ampliorem haec omnia exigunt explicationem. Qui perpetuū exclusi sunt à matrimonio contrahendo, locum habere nequeunt in sponsalibus, quae via sunt, et praeparatio illius: si vero impedimentum temporale sit, nihil obserbit sponsalitio contractui, qui refertur semper in futurum, et spem tantum continet matrimonii contrahendi. Id clare perspicitur in impuberibus, qui quidem à matrimonio, quandiu tales fuerint, remouentur, admittuntur autem ad sponsalia. Nihilominus extendendum non est

Nota.

est ad coniugatos; quanvis enim tale habeant impedimentum, quod tempore tolli possit, decedente nimis prius altero coniuge, eos tamen ad sponsalia admitti vetat honestas morum; et praeterea eorum impedimentum sui natura, et ex affectione quoque contrahentium perpetuum est, quanvis tolli possit ex accidenti.

Qui capaces sunt consensus, ad quod dijudicandum praefinita est septenii actas, tam in viris, quam in foemini, ritè contrahunt sponsalia; parumque interest quannam ratione illum exprimant, dummodo liberum, deliberatumque habeant animus sese obligandi; nam constantissimum est nullum in sponsalibus ritum requiri, nullam solemnitatem. Certè, non parum laeditur honestas à filiis, si in re tanti ponderis insuper habeant parentum consensus, eaque propter illum exposcere consuendunt, sunt praesertim à Confessariis, et verbi Dei Concionatoribus; verum nihilominus valida etiam absque eo evadent sponsalia. Optandum aequè foret, quod Parochus, aliaeque spectabiles Personae interessent sponsalitiae conventioni; neque enim tot ex eis orirentur controversiae: quanvis nonnullis non placeat quod Parochus sponsalitiae conventioni adsit, ne controversia praebetur occasio, quas oriri forsitan quandoque possent, altero ex sponsis contendente non sponsalia sed matrimonium eo in actu fuisse celebratum, obscura, dubiaque foris verborum formula utendo.

Licet contracta ritè fuerint sponsalia, dissolvit tamen possunt variis modis. Primo si sponsi puberes mutuo dissentiant. Quid observetur in imponibilibus dicam in titulo seq. Et quidem praefato modo dissolvuntur sponsalia, etiamsi iurata sint; nam iuramentum sequitur naturam conventionis: quia negotium faccessat cap. a b. tit. in quo ait S. Pontifex: In patientia hoc tolerari, ne deterius inde

contingat: minimè enim concludendum ex eo est aliter procedere attenta iuris dispositione : nimur tribuenda haec verba sunt disciplinae , quam circa iusurandum induxerat Alexander III. cui probabilius est tribuendum esse hoc caput : hic autem S. Pontifex adiunctis temporum suorum serviens, de quibus alibi nonnulla diximus , statuerat servandum esse omne iuramentum quod servari posset absque dispendio salutis aeternae: atque obiam ire cupiens licentiae , et facilitati , qua eius religio continebatur , urgebat iuramenti observantiam , quoiescunque absque peccato servari posset . Iisdem principiis imitans , tradidit in cap. 16 b. tit. tuncius esse illi , qui post iurata sponsalia Religionem ingredi desiderat , si prius datum fidem adimpleat , et deinde in Religionem transeat ante consummationem matrimonii; quanvis extra omne dubium positum sit , sponsalia iurata , ino et matrimonium ratum , per ingressum in Religionem dissolvit.

Secundo , dissolvuntur sponsalia si res ad eum devenerit casum , à quo non potuit incipere ; veluti si superveniat impedimentum *impedientis* , aut dirimens matrimonium , quanvis accidat culpa unius ex sponsis , ut contingit in eo , qui copulatus sorori sponsa sua , licet nonnulli contendant , cum in hoc casu tenēti dispensationem obtinere . Aliud quidem est in matrimonio , cui nusquam obsterit impedimentum quolibet superveniens ; sed hoc inde procedit , quod matrimonium semel contractum continet vinculum sui natura indissolubile.

Tertio dissolvuntur , si talis mutatio accidat in corpore , moribus , aut fortuna unius ex sponsis , aut utriusque , ad quam si respexissent , verosimile non sit esse fuisse obligatorios : veluti si forniciata sponsa cum alio fuerit , licet *coacta* ad id sit ; quanvis enim culpae illi ea calamitas verti non debat ; notabilem tamen mutationem ei accidisse

verum est : si in haeresim alter labatur : si morbus contagiosus , aut gravis deformitas , ei supervenerit.

Tandem dissolvuntur , si alter sponsus diu absit ; si differre nimium intendat coniugii celebrationem ; si celebet de praesenti cum alia , et aliis modis , qui vix erit , ut ad posita principia non revocentur.

Prætermittendum hic non est pluries accidere , quod sponsalia solvantur quoad unum ex sponsis , integra manente eorum vi quoad alium . Ut exemplum proferam , si alter ingrediatur Religionem , si coniugium de praesenti cum alia contrahat , aut gravem in se admittat morum mutationem , dissolventur quidem sponsalia quoad alium , minimè vero quoad ipsum , cui predictae mutationes contigerint : proinde , si Religionem ante professionem evadat , aut si non obstante morum , fortunarum , aut corporis mutatione , alter adimplere sponsalia velit , cogi poterit qui mutationem passus est.

Sanè dum quis gravissimam fortunarum passus fuerit jactrum , licet alter nihilominus matrimonium contrahere vellet , iuste mea sententia renueret , neque cogi posset sponsalia adimplere , quae tunc contraxit quando ferendis matrimonii oneribus se non imparem existinabat ex eo , quod bona possiderat sue , filiorumque , si quos haberet , sustentationi , atque educationi sufficientia : mutatio enim tunc accidit , ad quam si respexisset , neque ipse , in quo ea contigit , contraxisset.

Notandum etiam est sponsalia nonnumquam solvi ipso iure , nonnumquam officio Iudicis ut adverterit Dominus Covarrubias.

Ex sponsalibus rite contractis , dummodo soluta non sint , oriri obligationem nemo nescit , quam adimplere quis tenetur sub gravi peccato , et ad quod compelli potest etiam per censuras . Coeterum recte monent Basilus Pontius , Riccius , aliquique gravissimi Auctores , Iudices Ecclesiasticos caute , atque

parcissimè censuris uti debent, cum non parum
imminuant libertatem, difficilesque admodum ha-
bēre soleant exitus huiusmodi coactiones; quapro-
pter aiebat Lucius III. in cap. 17. b. tit. monendos
potius sponsos esse, quam cogendos; quod sem-
per prae oculi habere debent; neque enim statim
carceribus, vinculisque utendum esse agnosceret, qui-
cunque paulo attentius rem consideret. Nihilominus
hanc adversus renuentes sponsos procedendi-
rationem conspicimus usu Tribunalium receptam:
et quod magis mireret, quotidie Iudices Ecclesiasti-
ci poenas in huiuscmodi causis infligunt naturae
suae jurisdictionis minime cogentes.

Sponsalia sequitur matrimonium, quod definitur
apud Iustinianum: *Viri, et mulieris coniunctio, in-
dividuum viri ac coniugitatem continens: rectius vero
apud nos dicetur: individua viri, et mulieris coniunc-
tio cum dignitate Sacramenti.*

Dividitur in legitimum, ratum, et consummatum.
Legitimum dicitur quod subsistit tamquam contrac-
tus sine ratione Sacramenti; nisi accidit in matrimoniis
infidelium secundum leges celebratis. Ratum
tantum dicitur, quod, ut oportet, a fidelibus fuerit
celebratum, ubi nondum copula intervenit. Ea
autem accedente, appellatur consummatum.

Quibusdam licet matrimonium contrahere, di-
cetur in tit. seq. In praesenti ea sunt expenda-
quae requiruntur ad eius validitatem.

Ex his praecipuum est quod contrahentes con-
sentiant: in qua parte facilè quisque intelligit quam
potiori ratione conveniat matrimonio quod nuper
dicebamus de sponsalibus absque consensu parentum
non contrahendis: nam multò plus deviant filii
ab honestatis praescripto, dum matrimonio insciis,
aut invitis parentibus copulantur, quam si ita
sponsalia contrahant, in quibus spes tantum conti-
netur. Interea autem etiam matrimonium absque
con-

*De iiii omnibus
Iam ab nostro
protidicti legimus.*

consensu parentum celebratum validum est: coe-
terum cum ex una parte favendum sit Ecclesiae votis,
atque consulendum quieti, felicitatique familiari-
larum; et cum ex alia non expedit fliorum liber-
tatem arcere nimis, aut parentum augera licen-
tiam, qui non semel iustissimis fliorum desideriis
contradicunt nimio rei familiaris augendae studio;
nemo non prudentissimum dicet appetitimum Re-
gis nostri decretom, in quo cuncta ita ordinata sunt
ut et filii exhibere cogantur parentibus debitam re-
verentiam, et simili facillima eis pateat via qua
ab iniusta parentum repugnantia liberentur ope Ma-
gistratus Saecularis, apud quem discutiendum est
formā in eodem Regio Decreto praestitūta, an pa-
rentes, aut qui eorum loco sunt, iuste dissentiant.

Disputatur hinc inde utrum primis Ecclesiae tem-
poribus valida fuerint matrimonia à filiis familias absque
consensu parentum contracta; de posterioribus enim
etiam ante Concilium Tridentinum nemo dubitat.
Qui ea valida fuisse negant moventur praecipue
decreto Evaristi Papae, quod continetur in can. 1.
cau. 30. q. 5. quod et à Gratiano immutatum con-
tendunt in illis verbis: *Nisi voluntas propria suffra-
gaverit, cum legendum sit: etiam si voluntas propria
suffragaverit. Coeterum ex hoc loco id minimè pro-
bari posse existimo; licet enim concederem monumenti
huius authenticitatem, quam non facile probabant praedictae sententiae defensores, equis
non videt consensum parentum eo loco non magis
desiderari, quam coeteras, que ibi recensentur,
qualitates, quibus deficientibus nemo nihilominus di-
cit invalida olim fuisse coniugia? Deinde non
ad eo stricte accipienda sunt verba in huiusmodi an-
tiquis monumentis, in quibus valde frequenter inven-
imus adulterii, fornicationis, aut stupri vocibus
designata coniugia, illicita equidem, sed que nullatenus
dici possunt irrita.*

Non

Non magis urgent alia, quae adduci in hanc rem solent, argumenta: unde verissimum ceasero matrimonio a filiis familias absque consensu parentum contracta semper fuisse valida, licet Ecclesia enixè optaverit illum, filiosque detergere studuerit a coniugis sine consilio et consensu parentum intendis; illis praesertim temporibus, in quibus oportebat accurius morem gerere Principum Saecularium constitutionibus, parentumque in filios potestatem libatam servare.

Consensus contrahentium liber omnino debet esse, quod plenus tradetur inferius: parum autem interest quibus verbis explicetur, dummodo talia sint, quae illum de praesenti exprimant: si vero aliquando contrahentes utantur formulis obscuris, subiecto se debebunt communī acceptiōnē, ut rescribit S. Pontifex in cap. 7. b. tit. quanvis, si verū fateor, difficultatem non levem mihi ingerat ea decisio: censemque, praesumi non posse consensus qui ad matrimonium, aut etiam ad sponsalia requiritur, ad quae referendum puto *praed. cap.*, dum alter non intelligit, quod aliis proponit, ut accidebat in specie, quae ibidem agitur.

Quod ad ritus spectat, certum est, et ratione contractus, et Sacramenti servatos nonnullos fuisse a primis saeculis. Huc tendunt dotalia instrumenta, aliaque id geaus pro diversis cuiusque Regionis legibus, et moribus: huc Sacerdotalis benedictio, quam in facie Ecclesiae fieri exoptarunt semper sacri canones. Verum haec non attingebant substantiam matrimonii, quod validum erat, etiamsi ommitterentur; ut de primis constat in cap. 1. b. tit. de secundis autem ex disciplina omni, quae servata fuit ante Concilium Tridentin. circa coniugia clandestina, et praesumpta. Quid novi statutum fuerit in hac Simodo, dicetur in Tit. 3.

Consensum non solum verbis exprimi, sed et
sig-

signis, et nutibus receptum est; unde mutus, et surdus ad matrimonium admittuntur. Coeterum caute in huiusmodi matrimonii permittendis procedendum esse ob signorum dubiam significationem, observat merito Van-Espenius.

Receptum aequè est quod matrimonium inter absentes per Procuratorem contrahatur: verū requiritur mandatum speciale: deinde, si ante contractum coniugium illud revocetur, licet Procurator ignorans ad celebrationem deveniat, nullum contrahit matrimonium; quanvis aliud in coeteris negotiis observetur: sed et animadverendum est ex eodemmet Auctore disiudicanda esse huiusmodi coniugia, tum ob multiplices, quae oriri solent, contentiones circa validitatem, tum etiam, quia constant non est, quod habent rationem Sacramenti. Sanè gravissimi Auctores id negant, inter quos re ferre iubet doctissimum Melchiorem Canuin; quapropter non facile permittendum est Parochis propria auctoritate talia matrimonia admittere.

De Ministro Sacramenti matrimonii, materia, et forma, quamplurimae sunt quaestiones, in quibus Ecclesia nihil adhuc definit. Uniuscuiusque sententiae fundamenta neque innui quidem pacis valent: Tyrionibus illa sciret sufficiet, quae dabimus inferius, dum de forma in celebrandis matrimonii servanda loquemur.

Plura alia, quae circa matrimonium sunt observanda, hic proprium sibi vindicarent locum, non verum esse in toto libro non aliam rem agi.

*texte non habent
donec paginent
à Parochio benedi
cantur.*

®

TITULUS II.

De Desponsatione Impuberum.

Et Sponsalibus, et Matrimonio praefinita est certa aetas: septenium nempe ad illa, ad matrimonium vero decem, et quatuor anni in masculis, duodecim in foeminis. Verum, cum haec praefinitio non alio tendat, quam ut sponsalia in ea aetate contrahantur, in qua adest rationis usus, matrimonium vero tempore, in quo inest aptitudo ad copulam, quanvis utrumque non ante praedictam aetatem evenire regulariter in recide censuerit, recipi aequè debuit, quod, si quandoque malitia supplet aetatem, et sponsalia, et coniugium contracti valeant ante praedicta tempora.

Exci quoque ab hac regula solet casus, in quo urgentissima causa dispensationem suadet iuxta cap. 2. b. tit. Berardus tamen censet in specie, quae ibi proponitur, non matrimonium, sed firmiora quaedam sponsalia contrahi. Contendit quoque illum apocriphum esse, utpote desumptum ex can. 1. c. 30. q. 2.

Rationis usus non prius illucescere credendus est in foeminis, quam in viris, prouindeque eadem in utrisque praefinita fuit aetas ad sponsalia: aliter sentendum non de aptitudine ad copulam coniugalem, inde que plenior requiritur in viris aetas ad matrimonium.

Diximus superiori titulo, sponsalia etiam iurata mutuo dissensi dissipoli: cum vero impuberum infirmum sit iudicium, expedire creditum fuit hanc ipsis licentiam coercere; ne facilitate ducti, iniuste eam deserant, quam destinaverant in coniugem, exindeque oriatur sera poenitendi occasio. Statutum ergo est, ut resilire a sponsalibus nequeant antequam deveniant ad pubertatem.

Suf-

TITULUS II.

185

Sufficit vero quod unus ex eis resiliat, neque requiritur dissensus mutuus, sicut in sponsalibus puberum. Si alter eorum prius ad pubertatem veniat, resilire statim valet; econtra licet is in consensu perseveret, aut eum ratificet, potest aliis dum pubes fit resilire. Quid vero si pubes cum impuberem contrahat? resilire ille non potest, poterit autem impubes dum ad pubertatem devenit, et interim expectare debet qui iam pubes contraxit; quae omnia tribuenda sunt favori aetatis.

Eadem ratione nititur decisio *capitis 1. b. tit.* in quo dicitur, parentes pro filiis impuberibus sponsalia contrahere posse, filiosque, dum puberes sunt, omnino ea adimplere debere; supplete scilicet paterno arbitrio infirmum filiorum iudicium. Et quidem torquentur valde Interpretes huiusc textus decisione, variasque illi aspiciunt interpretationes: ego vero malim ad illa tempora textum revocare, in quibus vigebat adhuc immanis illa patrie potestatis imago, quae ius vitae, necisque in filios tribuebat, et de qua sermo fuit, dum agebamus de oblatione in Monasterio. Dici aequè potest nullam huic capiti esse auctoritatem, cum deductum sit ex canone 2. c. 31. q. 2. qui falso tribuitur Hormisdas Pontifici, sicut contingit in hoc loco cum Honorio.

Quod in plerisque huius tituli capitibus legitur de impedimento publicae honestatis, quod oritur ex sponsalibus, explicabitur suo loco.

TITULUS III.

De Clandestina desponsatione.

Clandestina coningia vera, et valida fuerunt matrimonia ante Concilium Tridentinum, verum Ecclesia detestata ea semper fuit, et prohibuit, ob plurima, quae ex eis proveniebant incommoda: illud au-

Tom. II.

Aa

tem

tem omnium maximum merito censebatur, quod nonnulli eā relictā, cui prius clandestinē sese iunxerant matrimonio, cum alia palam contrahebant, et in perpetuo vivebant adulterio. Hinc leges nostrae gravissimas statuerant poenas in clandestinē contrahentes, *leg. fin. Part. 4. tit. 3. leg. 49. Tauri*.

Primitus Ecclesiae saeculis consulebantur Episcopi à fidelibus circa matrimonii contrahenda, sicut de coeteris gravioribus negotiis. Ad avertendos liberos à semita vitiorum, illud parentibus consilium praebebatur, ut eos matrimonio copulare non differrent, postquam ad legitimam aetatem pervenissent. Tandem abhorrebat Christiani à coelibatu inter Paganos frequenti, quique non alio fine ab eis appetebatur, quam vaccandi liberius voluptati, atque libidini: quod uizum apud nos saepius contingere maximo Ecclesiae, atque Patriae clamno, non inventat, qui res moresque nostros attente consideret. Ipsa vero, nempe Christiani, in duas classes referabantur, coniugatorum scilicet, et eorum qui perfectioris vitae desiderio semper continebant.

Ut clarius materia huius Tituli percipiatur, prae-notandum est, tunc matrimonia dici clandestina, quando celebrantur sine solemnitatibus requisitis; nam insuper habendas censemus quæstiones, quæ excitatae præsertim inter Theologos sunt ad dijudicandum quandonam diceretur matrimonium clandestinum ante tempora Concilii Tridentini circa hanc, vel illam determinatam solemnitatem partem.

- Regia lex 1. *Part. 4. tit. 2.* sit triplici ex causa matrimonia dici clandestina; primo si sine testibus celebratum ita fuerit ut probari nequeat; secundò si sine parentum, aut corum, qui parentum loco sunt, scientia, et absque instrumentis dotalibus: tertio si publicae denuntiationes non præcesserint: verum in lege 49. *Tauri* illa matrimonia habentur

clan-

4. clandestina, quæ talia censemur ab Ecclesia. Post Concilium Tridentinum expedita satis res esse videtur: nihilominus cum dupli ex causa dicatur clandestinum hodiè coniugium, ex eo scilicet quod præsentia Parochi, et testium defierit, aut quod neque publicae denuntiationes præcesserint, neque dispensatum in eis legitime fuerit, dubitari posset de poenarum civilium impositione in primo casu propterea quod ita contrahentes nihil agant.

Forsam probabiliter defendi posset cum Basilio Pontio, et aliis, quantumvis ille nitatur nonnullis monumentis non facile admittendis, ita enixè exceptasse semper Ecclesiam, quod matrimonia palam, et cum benedictione Sacerdotali celebrarentur, ut per aliquod temporis spatium invalida censuerit coniugia altera contracta multò ante, quam Concilium Tridentinum. Quidquid tamen de hoc sit, negari nequit, canones antiquos, ex quibus id depromi posse videtur, in desuetudinem iam olim abiisse, receptamque fuisse matrimoniorum clandestinorum validitatem generaliter, quianvis non eo minus illicitæ semper fuerint.

Sinodus Tridentina radicitus evellere studens huiusmodi coniunctionum incommoda, statuit in sess. 24. de Reformat matrimonii cap. 1. ut in posterum non alter validum esset matrimonium, quam si in facie Ecclesiae coram Parocho, et duobus testibus celebretur; præcedentibus quoque bannis, seu denuntiationibus publicis in Ecclesia tribus diebus festis iuxta constitutionem Concilii Lateran. sub Innocentio III. nisi Episcopus, iustâ adstante causa, hanc denuntiationum solemnitatem remittat.

Quare ergo amplius non potest de matrimonii clandestinis: quod aequè accidit in præsumptis, quæ tunc inducebantur, dum post contracta sponsalia carnaliter sponsi iungebantur: nam hoc casu verum censebatur iure Decretalium matrimonium;

non quod illud ex concubitu exsurgere crederetur, sed quia ex copula, aut diutina cohabitatione praesumebatur adesse consensus de presenti.

Observandum hic est, decretum irritans non ita fuisse appositum in Tridentino, ut quandocunque aliquid deficiat ex iis, quae prescrispsit Concilium, statim nullum dicendum sit matrimonium; sed tunc solum, cum deficit praesentia Parochi, et testium. Si quis ergo, omissis denuntiationibus absque dispensatione, contrahat in facie Ecclesiae coram Parochio, et duobus, aut tribus testibus, adhuc valide contrahet, quanvis puniendo graviter sint tam contrahentes, quam Parochus et testes.

Sinodus Tridentina non expressit, quin nam Parochus intervenire debet celebrationi matrimonii: sane de proprio solum eam cogitasse dubitare non sinit scopus praedictae sanctionis: coeterum cum non uno ex capite diei quis valeat proprius Parochus, dubitari posset an aequo Conciliari Decreto satisfaciat qui coram Parochio originis, nativitatis, aut habitacionis contrahit. Et quidem receptum est proprium Parochium ad mentem Concilii eum tantum existimari, qui talis est ratione domicilli. Qui in duobus Oppidis domicilium habet, coram Parochio illius contrahere debet, in quo tunc commoratur: validè tamen contrahet etiam in Parochia, et coram Parochio alterius in quo nequè domicilio fungitur, licet ea anni parte ibi commorari non soleat. Dum diversarum Parochiarum sponsi fuerint, adhiberi solet Parochus sponsae; neque tamen minus contrahi valet coram Parochio sponsi, nimurum in eiusdem Parochia; hoc enim semper requiritur, nisi dispensatio aut delegatio adsit. Praesentia Parochi phisica non sufficit, sed requiritur moralis, nimurum ut intelligat quid agatur. An consentire debat, et an valide contrahant, qui coram Parochio invito, et reuante contrahunt quotidie du-

bis.

bitatur: decisio ab illa quaestione pendet, in qua agitur quisnam censendus sit Sacramenti huius minister, quaenam dicenda materia, quaenam item forma; in qua cum gravissimi utrinque AA. dissentiant, neque quidquam Ecclesia definierit, quoties dubia illa occurrant, sub Iudice lis erit, et in eam quisque ibit sententiam, que magis illi placuerit, aut quae à Tribunalibus superioribus frequentius videbitur recepta.

Denique, cum denuntiationes in eum finem fiant, ut impedimenta, si quae sint, ad notitiam Ecclesie perveniant, perspicuum est omnes conscos ea denuntiare teneri; quanvis talia adesse queant adiuncta, in quibus caute admundum procedere oporteat: que ubi contingat, adhibendum est viri aliquis doctrina conspicui consilium. Cum matrimonii clandestinis confundenda illa non sunt, quae coram Parochio, aut alio Sacerdote ab eo deputato, et duobus testibus, quorum fides probata satis sit contrahentibus, celebrantur occulto, dispensatione publicarum denunciationum praecedente: haec enim, et valida, et licita sunt etiam post Concilii Tridentini sanctionem. Coeterum, cum innumera in huiusmodi celebrationibus adsint pericula, quae descripta quis inveniet in Constitutione Benedicti XIV. quae incipit: *Satis vobis compertum est;* non aliter erunt permittendae, quam si cautelae adhibeantur, et casus emergant, qui ab ipso definuntur: nam, ut eiusdem verbis utar, licet Episcopo relictum sit in Tridentino omnimode super denuntiationibus dispensare, haec tamen facilitas non a sola dispensantis voluntate pendet, sed à Tridentino coactus arctis prudentiae, discretique arbitrii legibus; quod idem est ac legitimam causam dispensationis requirere.

Parem quoque, in modo fortasse maiorem vigiliam adhibere necesse est, ne post remissas de-

nun-

nuntiationes celebretur matrimonium coram Parocho, vel alio Sacerdote deputato praesentibus duobus, vel tribus testibus confidentibus, ne illa celebratio-nis notitia, vel rumor oriatur: id enim, ut ad pae-scriptum sacrorum canonum licet fieri possit, non satis est obvia quaevis, et vulgaris causa, sed gravis, urgens, et urgentissima requiritur. Cautelas, quas, ad removendam, quatenus fieri possit, incommoda, adhiberi prudentissimus Pontifex districte preecepit, videre poterunt in paeefata Constitutione ii, quibus hoc munus incumbit.

TITULUS IV.

De Sponsa duorum.

Receptissima, omnibusque nota suat quae in hoc Titulo traduntur.

Si quis, postquam sponsalia contraxit, alii ma-trimoniilater copuletur, peccat quidem graviter, sed validum contrahit coniugium, etiam si iurata fuerint sponsalia: si vero post contractum cum una de praesenti, cum alia etiam de praesenti contrahat, non valet coniugium posterius, licet hoc consummatum sit, et prius tantum ratum, quin prodesse queat illa contraria consuetudo, cap. 3. et ult. *buius tit.* nam matrimonium, etiam ante copulam, omnimodam sui naturae continet indissolubilitatem, et perfectionem, ut latius dixi in tit. de Conversione Coniugat.

In cap. 2. *buius tituli*, imponitur his, qui vi-vente prima uxore aliam ducunt, vel potius illis, qui eam in uxorem accipiunt, quae prius alteri desponsata fuerat (intellige de praesenti) poena de-sumpta ex poenitentiali Romano, nimicrum poenitentia per quadragesita dies in pane et aqua cum septem sequentibus annis, quae vocabatur *carina*, *carenia*,

aut

TITULUS IV.

191

aut carentena. Urbanus VIII. in Constitutione Mag-num anni 1637. damnam eos voluit ad triremes in perpetuum; si autem inhabiles fuerint, publicè fusi-gari, perpetuoque carcere puniri; simul statuens tradi eos ulterius posse curiae saeculari, si pro qualitate criminis id visum fuerit Congregationi Universalis Inquisitionis, cui cognitionem compete-re supponit. Apud nos variae statuae sunt poenae Patriis legibus, tum antiquis, tum posterioribus in hosce delinquentes, lib. 5. tit. 1. lib. 8. tit. 20. *Nova Recop.* quod vero ad cognitionem attinet, cum exorta fuisset contentio anno 1770. *cam iudi-cibus Regis*, ordinariam iurisdictionem exercen-tibus, competere, declaratum fuit Regio Decreto. *N.B.*

TITULUS V.

De Conditionibus appositis in despunctione, vel in aliis contractibus.

Spousalia, sicut coeterae conventiones, et pure contrahi possunt, et in diem, et sub conditione; locumque pariter in eis habent regulas generales, quae suadent in conventione pura statim et oriri obligationem, et esse adimplendam; ex ea, quae in diem concipiuntur, oriri quidem obligationem statim, impletionem vero ante diem non urgere; de-nique in conditionali pendere obligationem ab eventu.

Verum notandum est sponsalibus semper certum tempus iuesse, etiam si non adjiciatur; cum enim concipiuntur in futurum, nequit dici, dum pure contrahuntur, ita ex eis obligacionem oriri, ut adimplenda sit nulla interjecta mora. Neque tam inutilis proinde erit adjectio diei cum tempus quod sponsalibus sui natura inest, tam legum non sit, quam quod statui potest conventione.

Dum de conditione loquimur, eam intelligimus que

quae propriè talis est, nempe quae ab eventu pender, non illam, quae in praesens, aut praeteritum tempus confertur, veluti si Antonius vivit, si filius Petrus natus fuit, quae statim infirmant obligacionem, aut omnino noue differunt, quin ea pendaat ab eventu, incerto, et contingibili, quod requiritur, ut conditio vera habeatur, uti in his formulis: *si naves ex Asia venerint, si Consulatum adipiscarisi*. Idem dicendum de conditionibus intrinsecis, quae nimur insunt contractui. In cap. 1. b. tit. rejici videntur conditions omnes ab sponsalibus his verbis: *Quicunque sub conditionis nomine aliquam desponsaverit, et eam relinquere voluerit; dicimus quod frangatur conditio, et despensatio irrefragabiliter teneatur*? Idemque exprimitur in can. 7. et 8. legiūm de matrimonio, curia 2. 27. q. 2. unde caput hoc fuit transcriptum. Ple-
rique de conditione turpi, aut impossibili, que tamen substantiae matrimonii non refragatur, hunc textum intelligent, quam notum est frangi favore matrimonii; ut dicemus inferius; quanvis negari nequeat enidem verbis potius convenire aliorum sententiam, qui censem agi in eo de conditione resolutoria matrimonii; cum tamen haec substantiae matrimonii refragatur, tenere eā fractā non posset contractus, uti in capite edicitur, et infra adnotabimus. Et quidem dubitari nequit agi ibidem de despensione de praesenti, hoc est de matrimonio. Illud etiam praetermittendum non est, eam decisionem non reperi iuxta Berardum, et Van-Espenium in Concilio Africani, ex quibus citatur, quanvis S. Raimundus Gratiani fidem, uti in reliquo omnibus, sequutus ex Concilio Africano eam desumptam supponat.

In cap. ult. tandem protulit sententiam Gregorius IX. quoad conditiones impossibilis, aut turpes, quae substantiam matrimonii non laudent, easque communiter recepta est: coeterum si recte

omnia expendantur, difficultatibus undique apparebit involuta: quid enim si coniux alleget se idē conditionem impossibilem adiecisse quod contrahere noller? Sanè favor matrimonii, et quaecunque ecclesiasticae sanctiones efficerent nequibunt, quod matrimonium absque consensu subsistat: neque dicere proficiet eum, qui, cum huiusc dispositionis canonicae conscius sit, conditionem turpem, aut impossibilem apponit, locari potius, quam serio urge: nam plerique matrimonium contrahentes sanctiones canonicas ignorant. Mihi indubium est in praedicto casu, si verum sit quod allegatur, saltem in foro interno nullum esse matrimonium; et si probari possit, idem et in externo foro iudicandum: proindeque tunc solum in utroque foro praedictam sanctionem tenere, cum aut locandi animo tales conditions contractu adieciuntur, aut ita apponuntur, ut consensus quidem sit de praesenti, velit tamen nihilominus contrahens conditionis impossibilis, aut turpis impletionem; tunc enim non tam conditio est afficiens consensum, quam modus, qui repellitur favore matrimonii.

Si post contracta sub conditione sponsalia carnaliter sponsi se iungant, recessisse videntur à conditione.

Quæstio est an conditions turpes, et impossibilis tollantur, habeanturque tanquam non adiectae in sponsalibus, sicuti accidit in matrimonio. Et quidem, si tales sint, quae refundantur in matrimonium, vix ullam admittit dubitationem: si vero non refundantur, non eadem adesse videtur ratio in sponsalibus, quae in matrimonio. Saepissime dubitari contingit de duabus conditionibus, quarum usus frequens in sponsalibus, et de quibus agemus obiter: alias enim in quaestionibus immorari, quae passim in hac materia emergunt, excederet instituti nostri metas. Prima est, dum consanguinei

ita contrahunt, si Pontifex Maximus dispensaverit; hoc autem casu sponsalia nullam vim obtinere verius censeo cum Riccio et Berardo; novumque requiri consensum, postquam dispensatio fuerit obtenta, quanvis Basilius Pontius Legionensis aliter iudicaverit in Tractatu de *Sacramento Matrimonii* lib. 12. cap. 7. n. 1. nam tempore quo sponsalia ita contrahunt, inidonei sunt consanguinei, aut affines intra gradus prohibitos constituti.

Secunda conditio est, si parentes consenserint, que quidem efficit sponsalia conditionata iuxta caput 5. b. tit. quod non de matrimonio, sed de sponsalibus esse accipendum satis ostendit littera ipsius. Sanz, haec sententia haud ullam pati potest difficultatem, attentis communibus iuri principiis; coeterum forsitan non temere de ea dubitabit apud nos hodie, qui rem accuratius consideraverit, si quaeratur de filiosfamilias, qui ex nuperrimo Regio Decreto exquirere ad sponsalia coguntur consensum parentum, aut eorum, qui ipsis loco parentum sunt. Tota quæstio ex eo pendet, ap recte interpretetur Decretum qui dicat filiosfamilias vi eius inhabiles reddi ad contrahenda sponsalia absque consensu parentum, aut eorum, qui vices parentum tenent, vel sine auctoritate Magistratus, qui, illis iniuste repugnantibus, supplet consensum eorum. Quoties hoc asseratur, dicendum erit, talia sponsalia invalida esse, ex eo, quod inhabiles sponsi forent tempore, in quo contraxerunt; prouindeque novus requiretur consensus, postquam apparuerit parentum, aut Magistratus competentis, auctoritatem adesse. Si vero Regii Decreti ea tantum sententia est, ut poena in eo solum contineatur adversus filiosfamilias, qui, insuper habita forma in ipso praefinita, sponsalia contrahunt; aut potestas parentibus, aut qui parentum loco sunt, fiat eos illa de causa exhaeredandi, aliter erit iudicandum.

Hanc

Hanc discussionem minimè inotilem ille arbitrabitur, quem non lateant, quae inde deducuntur consecratio: quid enim si de impedimento publicæ honestatis quaestio deinde oratur? Quid si dum de causis, quibus moti parentes sponsalibus sese opponunt, agitur apud Magistratum saecularem, alter ex sponsis dissentiat, et ea adimplere, postquam ludeo irrationalib[em] declaravit dissensum parentum, detrectet, quod, me patrocinium ferente, bis iam accidit? Quid si parentes primò quidem dissenserint, deinceps autem sententia pro ipsis latâ, mutato consilio, consentire parati sint? Quid si filiosfamilias, qui hac in re deliquerint, promereantur deinde paternam benevolentiam? Quid tandem si filiosfamilias protestetur apud Iudicem ecclesiasticum se etiam sub extraerationis paternae poena matrimonium contrahere velle? Minus ulterius hanc rem persequi non licet; quanvis enim praedictas primæ sententiae adhaerere visus est Supremus Senatus in instructione hesternis diebus ad Episcopos, eorumque Vicarios Generales missa, nondum tamen compertam satis rem sese reor; imò eo ipso obscurior redita, quod data occasione iudicium suum perspicue non aperuerit: interea autem dubii, atque incerti haerent Iudices inferiores, tum saeculares, tum ecclesiastici.

Et haec quidem de conditionibus, que sponsalibus apponuntur. Quid vero, si quaeratur de matrimonio? Profecto, cum matrimonium sit de praesenti, neque diem, neque conditionem, ita admittere potest, ut effectus in suspenso sit, aut differatur in diem; contrariantur enim invicem de praesenti esse, et conditione, aut die esse suspensus. Si ergo conditio adjiciatur consensui de praesenti praestito, pure contrahitur; non tamen ideo habetur conditio pro non apposita, sed resolvitur in modum: verum, si voluntas contrahentium ita affecta sit ut velint consensum ab eventu condi-

Bb 2

tio-

M. tions pendere, non erit tunc matrimonium, sed sponsalia.

Haec ita procedunt, si adjiciuntur matrimonio conditiones honestae, et possibles: quoties autem impossibilis fuerint, aut turpes, habentur pro non apertos favore matrimonii, uti accidit in ultimis voluntatibus. Tandem, quae sunt contra substantiam matrimonii, vitiant ipsum contractum. *Capita 3. et 5. b. tit. in quibus innuitur sponsalia per subsequam copulam carnalem transire in matrimonium abrogata fuerit sanctione Tridentina circa clandestina coniugia iusta ea, quae superius tradita sunt.*

TITULUS VI.

Qui Clerici, vel voventes matrimonium contrahere possunt.

Expositis vi, ut effectibus matrimonii, et sponsalium, modis etiam, quibus utraque contrahuntur, transit Compilator ad personas, quae eadem contrahere prohibentur; ex eo enim statim apparet quibusnam permittantur, quia, ut aiebat Innocentius III. in cap. 23. de Sponsalib. cum prohibitorum sit edictum de matrimonio contrahendo, admittitur per consequentiam omnis, qui non reperitur prohibitus.

Ceterum opportunum erit quasdam initio Tyrosibus proponere generales regulas, quarum operi facilius percipiunt singula impedimenta.

Diversae admodum sunt causae, ex quibus oritur prohibitus matrimonium contrahendi; diversae etiam species prohibitionis. Quaedam ortum ducent ex finibus, ad quos dirigunt coniugium primariò, alias tantum ex consequentis, que ab his finibus deducuntur. Deinde, cum fines matrimonii plures sint, et pro diversitate eorum diversa consi-

TITULUS VI. 197

siderari debeant officia, quorum alia provenient à iure naturae, simulque à divino, per quod naturale explicatum, imo et amplius est, alia ab Ecclesiastico, alia denique à Saeculari; hinc profuit differentia iurium, a quibus inducta dicuntur impedimenta.

Mitto disputationes, quae ortae sunt circa facultatem inducendi impedimenta. Dubitari equidem nequit Ecclesiam illa potiri; verum queritur unde nam ipsi ea obveniatur? Disputatur etiam an Principibus Saecularibus hoc ius sit; quod cum, eā, quae requiruntur, diligentia, hoc in loco investigare nequeam, sequè praetermittendum duxi: interea tamen admovere Tyrones non desinam cavedendum esse à principiis, quae uti vera in hac quaestione plerique Auctores supponunt: atque, ut exemplum profaram, queritur passim apud eos, postquam supponunt leges à Principibus Saecularibus in hac materia latas non valere, an ex eo id proveniat, quod S. Pontifices sibi reservaverint potestatem leges circa matrimonia ferendi, Principibus Saecularibus interdicendo, an vero tribendum id sit defectui potestatis in Principibus Saecularibus: quiddam, inter quos Thomas Sanchez, censem posse quidem Principes Saeculares leges huiusmodi condere, quantum in se est, attamen eam potestatem sibi Pontifices reservasse; *sed quo Jure?*

Vtique à potestate regia, & com. studiis.

Ex istis autem principiis equis non concluderet, aut potestatem Principum Saecularium à S. Pontificibus, vel Ecclesia provenire, aut ita ipsis esse à Deo tributam, ut tamen à Pontificibus restringi, vel auferri partim valeat? Non absimile est quod legitur apud Basilium Pontium: asserit quidem ipse nequaquam futurum quod Pontifex, aut Ecclesia auferre posset Principibus Saecularibus potestarem huiusmodi leges ferendi, ipsis invitis, si eis hoc ins competeteret, quod quidem negat; sicuti ne-

neque posset Pontifices hominem Principi subdilim ab eius iurisdictione eximere : quare (concludit) nisi ea potestate abuterentur Principes , et aliquid stauerent, quod spiritualem Sacramenti Matrimonii rationem laederet , non possent à Pontifice pro indirecta potestate , quam habent in temporalia , coerēcī . Cavendum inquam ab his , aliquis similibus principiis , quibus Regiam potestatem illi laedunt , quibus nūquā curae fuit cuiusque iurisdictionis originis , praescriptosque unicuique limites , atten- tū investigare .

Quidam ita prohibentur matrimonium contra- here , ut , si contraxerint , peccent quidem , sed validum nūhilominus efficiant coniugium ; alii verò neque validè , neque lícite contrahant : et hoc est quod significatur dum dicitur alia impedimentoa dirimentia esse , alia tantum impediticia . Dirimentia illa vocantur , quibus adstantibus , neque validè , neque lícite contrahitur ; cum impedimentoo impediendi , licet illeum sit , exurgit matrimonium , si contrahatur . Id ut facilius agnosceretur , excoigitati fuere vulgares versiculi , in quibus continentur utriusque generis impediticia ; verū eos plurimis laborare vitiis ostendit Berardus tom . 3. de Univ . iur . Ecclesiast . dissert . 4. quæst . 1. Mīhi illūn tantū ordinem sequi licet , quem tituli exhibent .

De illo impedimentoo agitur in praesenti , quod provenit ex voto , aut ex ordinis sacri susceptione .

Et quidem quod ad votum attinet , distinguen- dum est simplex à solemni : primum impedit tantum , secundum etiam dirimit matrimonium : id est , adstante voto simplici contrahitur coniugium illicet , coeterum validè ; cum voto autem solemni neque lícite , neque validè contrahitur , cap . 6. et 7. b. cīs .

Undenam venit voto haec vis , facile non est definire . Certum quidem est eum , qui semel cas- titate Deo vovit , à proposito recedere non débē-

re;

re ; an vero haec ratio talēm voto effectum tri- buere possit , dubitatione non caret : ego , ut uno verbo sententiam meam aperiam , dicam cum Ba- silio Pontio , matrimonia post emissā vota , celebra- ta nūquā lícita fuisse , sed revera fuisse semper coniunctionem sacrilegam , multisque titulis infamem ; coeterum nūhilominus valida extitisse etiam post ^{N. 2.} peracta solemnia Religionis vota , donec in Conci- lio Lateran . sub Iunocentio II. anno 1139. appo- situm fuit decretum irritans , quod deinde pluries confirmatum invenimus in Conciliis , et à Pontificiis posterioribus , ac denique in Simo Tridentina sess . 24. de Ref. matrim . can 9. his verbis . Si quis discret Clericos in sacris Ordinibus constitutor , vel Regulares , castitatem solemnitè professos , posse matrimonium contrahere , contracutimque validum esse , non obstante lega ecclastica , vel voto , et oppositum nihil aliud esse , quam damnare matrimo- nium , posseque omnes contrahere matrimonium , quā non sentiunt se castitatis , etiamsi eam soverint , ba- bēre donum , anathema sit , cum Deus id recte poten- tibus non degenet , nec patiatur nos supra id , quod possumus , tentari . Ex his vero recte colligi videtur rationem legis matrimonia post vota solemnia irri- tantis non aliunde pectendam , quam à sanctione Eccl. siae , quae id expedire existimavit .

^{No. 2.} Bonifacius VIII. in cap . un . de voto in 6. declara- vit votum solemne quod hunc effectum illud in- telligi , quod solemnatum fuerit per susceptionem) sacri ordinis , aut per professionem tacitam , vel expressam in aliqua ex Religionibus à Sede Apos- tolica approbat .

De impedimento Ordinis sermonem habuimus in lib . 3. tit . 3. ubi eam amplexati suimus senten- tiam , que assertur prohibita semper fuisse coniugia constitutis in sacris Ordinibus , tam in Ecclesia Graeca , quam in Latina . Utrum autem non solim illi

200. EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

illicita, sed et irrita semper fuerint, non satis constat, cum non desint, quibus placeat, ordinem sacram ex se, iureque divino, non autem ratione voti, neque solum ex constitutione ecclesiastica dirimere matrimonium. Sed neque inter eos, qui hanc sententiam reficiunt, satis constans est *an* *voto*, *an* *potius*, *eo* *etiam* *secluso*, constitutioni Ecclesiae tribuendum id sit. Dissentiant quoque dum querunt quaecumque fuerit hac in re prima ecclesiastica constitutio. Hodie quidem constantissime sancitum hoc scimus quo ad omnes in sacris Ordinibus constitutos, neque emergere iam ulla dubitatio potest circa Subdiaconos. Quod ad eos spectat, qui minores tantum Ordines suscepserunt, satis diximus praedicto loco.

TITULUS VII.

De eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.

Sequitur impedimentum ex crimine, in quo non ea hodiè servatur disciplina, que olim viguit; nam antiquitus interdicebatur adulteris matrimonium etiam nullā adstante alia causā, sicuti et incestosis, quasi coniugio indigni haberentur, qui adeò turpiter in illud deliquerant: hodiè vero adulterium solum non inducit impedimentum, sed requiritur insuper quod vivo primo coniuge, et scienter, invicem, sibi fidem praesterint adulteri, aut de facto contraxerint. Idem est si maquinati fuerint in coniugem, ut mortuo eo contraherent: denique, si absque adulterio conspiraverint duo in mortem alterutrius coniugis, et sequia mors fuerit, licet alter esset infidelis, et patratum crimen fuerit ad procurandam eius conversionem, cap. 1. de *Convers. Infidelium*. Verum iuxta Basilium Pontium tres re-

qui-

TITULUS VII.

201

quiruntur conditions; prima ut uterque cooperetur ad necem, sive per se, sive per alium; secunda est ut habeant intentionem contrahendi, eamque exterius significaverint: tertia ut occisio sequatur ex illorum opere.

Si quis vivente sua uxore contrahat de facto cum alia, quae eum uxoratum esse ignorabat, pati debet quod primā mortuā, ad petitionem secundae matrimonii illud reconcilietur: quanvis enim in nonnullis capitibus huic Tituli innatur solam cohabitationem sufficere, quin aliud ex parte formae exigatur, referendum id est ad tempora, quae praecesserunt Sinodum Tridentinam; post eam autem locum habere nequit, ut plures admittantur.

In cap. 5. apparent vestigia antiquae disciplinae, quae adulteros matrimonii spe perpetuō carere voluit; eique morem gessit Clemens III. in specie capitis, haud dubi nimia illa obscenitate, quae in ea aderat, offensus.

TITULUS VIII.

De Coniugio Leprosorum.

Nihil magis consentaneum est mutuo adiutorio, ad quod institutum est matrimonium, quam quod laborum, qui coniugi eveniunt, particeps coaux fiat. Hoc et Gentiles ipsi agnoverunt, ut ex plurimis locis constat, praesertim vero ex illo Ovidii.

*Cum Deus intonuit, non se subducere nimbo,
id demum pietas, id socialis amor.*

*Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet,
quae maneat stabili, cum fugit illa, pede.
Hinc receptum est quod, si coniugi lepra, aut alius morbus, superveniat, neque matrimonium dissolvatur, nec coniuges ad invicem separantur.*

*Aliud quidem placuit Patribus Concilii Com-
Tom. II.*

Cc

pen-

pendiens in cap. 16. quod sili vocant Campidōnense; sicut et Stephano III. in suo Decreto; coeterū receptum non est, contrariumque expressè edicunt in cap. 1. et 2. b. tit.

TITULUS IX.

De Coniugio Servorum.

Exponitur in hoc Titulo impedimentum, quod oritur ex errore, sive conditione; nam congruentius haec duo iunguntur, cum idem hoc loco significant.

Diximus superioris consensum esse de substantia matrimonii, ita ut, eo deficiente, censeatur nullum: cum autem iuxta vulgare effatum nihil sit magis contrarium consensi, quam error, sequitur eo adstante subsistere coniugium non posse. Coeterum cum non quilibet error excludat consensum, oportet cautè distinguere varias eiusdem species. Et quidem error vel circa personam est, vel circa qualitatem: primus haud dubie excludit consensum, non aequè secundus, nisi talis sit qualitas, que ob sui magnitudinem ita à iure considerata sit, ut in ea errans misquam videatur consensisse. Huius generis est qualitas conditionis, liberae nempe, aut servilis: quapropter si quis duxerit ancillam, quam liberam existimabar, nullum est matrimonium, nisi deinde consensu consentiat. Licet erretur in coeteris qualitatibus, valet matrimonium, veluti si pauperem quis ducat, quam divitem censemebat: quavis enim stricto iure dici valeat eum, qui ita erravit, forte non fuisse contractum, si certum sciisset, admittenda tamen non est huiusmodi allegatio, tum quia hic, aut aliis similis error tanti ponderis non est, nec tam gravis quam error in conditione, qui quodammodo informat ipsam matrimonii substantiam, cuius fines ali-

TITULUS IX. 203

aliquatenus impediuntur servi conditione, tum etiam quia, si tales allegationes admitterentur, vix ullum daretur matrimonium, quod infringere non possent faciliè contrahentes.

Si quando extraordinaria nonnulla ad sint adiuncta, prudentis iudicis erit arbitrari, an ita affectus appareat contrahens circa qualitatem aliquam, ut in ea errans neutiquam consensisse sit censendum.

Ne Tyrone Romanae iurisprudentiae principia edociti, hic offendant, notare iuvat apud Romanos quidem cum servis non fuisse matrimonium, sed contubernium, ab Ecclesia autem alter fuisse stabilitum, cum apud Deum non sit personarum acceptio.

Metus non omnino excludit consensum, nihilominus parum distat in hac materia ab errore: itaque, sicuti de errore diximus, matrimonium vi, aut metu gravi celebratum ipso iure nullum est, et iuxta probabilitatem sententiam, non solum ex constitutione Ecclesiae, sed ex propria actus natura, quae liberum exigit consensum. Consulenda quae dixi in tit. de bis, quae vi, metuere causa sunt.

De raptu sermo erit in lib. 5. tit. 17.

Supervacaneum est animadverte capita 2. et 4. b. tit. tum etiam alia plura, que tam in praecedentibus, quam in his, qui sequuntur, titulis reperiuntur, ita concepta, ut adstante consensu, aut copula, ex qua ille presumitur, adesse matrimonium asseratur, correcta ese per Sinodum Tridentinum, iuxta quam praeter consensum solemnitas suo loco exposita requiritur.

TITULUS X.

De Natis ex libero ventre.

Cum ut supra diximus validum sit iure canonico matrimonium inter servos, aut inter liberum, et

Cc 2 an-

nacíllam , vel servum , et liberam , quaeriuiri in hoc
cuiusnam conditionem filii sequantur in huius-
modi conditionibus procreati ; resolviturque praeval-
lere conditionem matris iuxta receptas regulas quo-
ties agitur de natalibus . Si autem leges patriae,
aut receptae consuetudines aliud velint , servandae
sunt , cap. penult. tit. præced.

TITULUS XL.

De Cognitione spirituali.

Inter eos , quibus matrimonium interdicitur , alli-
ita prohibentur , ut cum nulla omnino persona con-
trahere valeant , alii à certarum solum personarum
coniunctione excluduntur , quibus proximitatis , aut
necessitudinis vincula sunt uniti .

Horum vinculorum alia vera sunt , alia tantum
ex interpretatione talia existimantur . Primi generis
est cognatio , vel agnatio ex sanguine : secundi cog-
natio spiritualis , legalis , et publica honestas , de
quibus nunc agitur , et primò de cognitione spiri-
tuali , quam postremo loco colloccari oportet .

Verum apud omnes est hoc impedimentum a
primis Ecclesiæ temporibus inductum fuisse iure po-
sitivo ecclæstico ad illius similitudinem , quod ori-
tur ex cognitione legali : cum enim receptum fuisset , ut prohiberentur nuptiae inter eos , qui , licet
sanguine iuncti non sint , tales reputantur fictione
iuris , quæ efficit , ut pro filiis habeamus extra-
neos , quos virtute adoptionis in locum filio-
rum adsciscimus , facile extensus id fuit ad adop-
tionem spiritualem , quæ consideratur in adminis-
tratione Sacramentorum Baptismi , et Confirmationis ,
praesertim in conspicu Sponsorum , seu Fide
iussorum , quos hodie patrinos appellamus . Sed et
moris olim fuit apud Christianos , ut patrini eos ve-

TITULUS XI.

205

rè adoptarent , quos in Baptismo suscepserant , si
fides habenda sis , quæ tradit Procopius initio His-
toriae arcanae ; nam , depingens insanum amorem
Antoninae uxoris Belisarii in Theodosium , ait , eum
apud Eunonianos natum , receptum lavacro sacro
fuisse à Belisario , adoptatumque , ut moris erat .
Deinde plura extant antiqua testimonia , quæ os-
tendunt quanta fuerit antiquitas susceptoribus , et pa-
trinis suscepti cura , et solicitude , quantoque vi-
cissim . susceptis erga patrimos reverentia : unde
Nicolaus Papa non dubitavit asserere , hominem ita
debere diligere eum , qui ipsum de sacro fonte sus-
cepit , sicut patrem can. 1. cau. 30. quæst. 3.

Nunc in plures , nunc in pauciores gradus ex-
tensta fuit haec prohibitiæ , ut ostendunt capita hu-
iis Tituli , et plurimi Canones apud Gratianum : ve-
rum Sinodus Tridentina eam coercuit in sess. 24.
de Ref. matrim. cap. 2. statuens , ut in posterum
vix tantum sive vir , aut mulier , aut ad summum
unus , et una baptizandum suscipiant , inter quos ,
et baptizatum ipsum , atque baptizati patrem , et
matrem , necnon inter baptizantem , et baptizatum ,
huiusque patrem , et matrem , tantum cognatio spi-
ritualis contrahatur . Deinde vult ut ea cognatio ,
quæ oritur ex Confirmatione , confirmantem , et con-
firmatum , illius patrem , et matrem , ac tenentem non
egrediatur ; sublatis omnibus inter alias personas
huius spiritualis cognitionis impedimentis .

Facile patet ex his , pleraque huius tituli capita ,
in quibus ulterius hoc impedimentum extenditur ,
nullam iam vim obtinere : neque necessum amplius
esse distinguere tres illas cognitionis spiritualis
species , nimur paternitatem , compaternitatem ,
et confraternitatem . Dicebatur paternitas cognatio
inter baptizantem , confirmantem , et tenentem cum
baptizato , quæ etiam hodiè subsistit ; eaque dis-
tinguebatur in directam , et indirectam : haec autem

locum amplius non habet, cum diceretur ea, quam contrahebat susceptus cum uxore suscipientis, modo antea fuisse carnaliter cognita. Compaternitas vocabatur cognatio inter patres baptizati naturales ex una parte, et spirituales ex alia, quae aequè hodie subsistit; sublata autem est eius species indirecta, nimirum, quae protrahebatur ad uxorem compatrii antea cognitam, licet ipsa commater non fuisset. Tandem confraternitas erat cognatio spiritualis, quae oriebatur interbaptizatum, aut confirmatum ex una parte, et filios baptizantium, et suscipientium ex alia; eamque penitus substulit Siquidam Tridentina praedicto loco.

Coeterum non omnes dubitationes post Tridentinum hoc decretum extinctae sunt. Quaerit primo solet an contrahat impedimentum Procurator, qui mandato alterius aliquem è fonte sacro lavat, ut quotidie contingit: et quidem receptionem est, quod mandans solum contrahat, uti declaravit non semel Congregatio Concilii. Vide, inter alios, Pontium lib. 7. cap. 40. n. 10.

Non aequè expeditum est, an supposito quod plures, quam duo Susceptores sint contra Tridentinæ Simodi præscriptum, contrahant hoc impedimentum: Van-Espenius affirmativè respondet cum Barbosa, et Fagnano Part. 2. tit. 13. n. 18. quam sententiam amplexatus etiam fuit Basilius Pontius lib. 7. cap. 39. n. 11. ubi et refert declarationem Cardinalium: dissentit vero Berardus de Univ. Iur. Eccl. tom. 3. Dissert. 4. cap. 4.

Plura etiam alia ocurrunt apud Auctores dubia: mihi autem sufficiet annotasse praedicta, utpote quae facilius contingunt.

De Cognitione legali.

Cum fictione iuri filios adoptatos, loco naturalium constitutus, admisum canonibus fuit impedimentum inter eos, qui hac ratione parentum, et liberorum, fratribus, atque sororibus numero sunt, quoque probossum fore matrimonio iungi: idque non solum locum habet dum adoptio perfecta, quae adrogatio dicitur, intervenit, sed etiam dum imperfecta, quae adoptio in specie nuncupatur.

Vocatur eorum cognatio legalis, cum à lege inducatur; quoad impedimentum vero distinguendum est; nam quod inter fratres, et sorores huiusmodi consistit, tandem durat quandiu adoptio ipsa, hæc autem dissoluta cessat, quasi nullum iam vinculum remaneat; coeterum aliud servatur inter eos, qui parentum, et liberorum numero censentur; inter eos enim, licet rumpatur adoptionis vinculum, durat prohibito in perpetuum ob sacram vitam vinculum, quod semel adfuit, quandamque pudoris, et honestatis rationem.

Inter plures filios adoptivos, aut inter parentes adoptivos, et naturales nulla erit cognatio, cum iure non caveatur, et extendenda non sint impedimenta. Tandem cognatio legalis superveniens neque dirimet matrimonium, neque impediet debiti exactiōnem.

TITULUS XIII.

*De eo qui cognovit consanguineam Uxoris suae,
vel Sponsae.*

Ex eo quod per copulam vir, et uxor fiant una caro, profuit, quod consanguinei viri proximitatem, seu necessitudinem contrahere censeantur cum uxore; et è contra: haec autem necessitudo vocatur affinitas, definiturque *proximitas proveniens ex copula carnali*, sive inter extraneos id contingat, siue inter consanguineos; potest enim cognatione verae accedere affinitas. Omnes ergo consanguinei uxorū affines mariti sunt, et mariti consanguinei uxori: Verum consanguinei uxorū non sunt affines consanguineis mariti, aut ex adverso; quia affinitas non egreditur personas coniugum: et hoc est quod significatur dum vulgo dicitur affinitatem non parere affinitatem.

Distinguebantur olim primus, secundus, et ulteriores gradus affinitatis: verbi causa; consanguinei uxorū affines erant marito in primo gradu, seu in primo genere affinitatis: quod si maritus hic defuncta uxore aliam duceret, consanguinei primae uxorū dicebantur affines secundas in genere secundo; tandem si haec post mortem mariti ubebat, viro eius affines erant illi ipsi in tertio genere. Ceterū statum fuit in Concilio Lateran. sub Innocentio III. ut primum tantum genus impedimentum induceret; aut, si mavis, confirmata sunt in eo anteriora decreta, quae secundum, et ulteriora genera affinitatis sustolerant.

Nouū solā ex copula licita oritur affinitas, sed et extensa fuit ad illicitam; et de hac praecipue agitur in hoc titulo. Si quis ergo consanguineam uxoris suae, aut sponsae cognoverit, distinguendum est;

TITULUS XIII. 209

est; vel enim cognovit eam ante matrimonium, vel post illud contractum: primo casu dirimitur matrimonium, utpote contractum cum impedimento dirimente, dummodo constet sufficiens de copula, et consanguinitas sit intra gradus prohibitione contentos. Credendum autem non est dicto ipsius coniugis, neque cuicunque rumori, ne facilis praebeatur occasio dissolitioni iustorum coniugiorum, cap. 3-
et 5. b. tit. In secundo casu subsistit matrimonium ob regulam generalem, iuxta quam semel legitimè contractum dissolvi nequit, quanvis superveniat impedimentum dirimens: interea tamen qui huic affinitati causam praebevit damnatur in eo, quod debitum à coniuge petere ipsi non licet, solvere autem tenetur.

Ut haec affinitas contracta dicatur necessum omnino est, quod vera copula intercesserit: coeterū, parā interest sponte mulier ipsi consentiat, aut non; unde ex copula habita cum *invita, coacta, aut dormienti* non minus oritur.

Quoties matrimonium consummatum non est, placuit oriri impedimentum, quod appellatur publicae honestatis: imo nedum ex matrimonio rato, verū etiam ex sponsalibus de futuro. Quaeri hic vulgo solet quandam oriri dicatur hoc impedimentum ex matrimonio rato, quod deinde declaratum fuerit nullum, aut invalidum: placuitque opinio eorum, qui dicunt illud oriri quoties non declaretur nullum ex defectu *consensus*, sed ex alia causa, nempe ex defectu formae: ego tamen censeo nullum oriri impedimentum eo casu, ex matrimonio nullo nondum consummato, quoquaque ex capite tale declaratum fuerit: aderit sane impedimentum ob sponsalia, quae supponenda sunt dum in matrimonio non inventur defectus consensus, sed tantum formae, aut adest praecedens impedimentum dirimens; quo sensu intelligenda sunt iuris loca,

Tom. II.

Dd

que

que de hoc impedimento loquuntur; consulendas que simul venit nova disciplina à Concilio Tridentino inducta, atque mox referenda.

Omnia haec impedimenta ad eosdem olim producebant gradus, ad quos illud, quod oriri diximus ex cognatione naturali: coeterum alio iure utrum post Concilium Tridentinum, in quo primum statutum fuit, ut affinitas proveniens ex copula illicita non extenderetur ultra secundum gradum. *Sess. 24. de Reform. matrim. cap. 4.* Deinde in *cap. 3.* eiusd. sess. definitum fuit, ut impedimentum iustitiae publicae honestatis non oriretur ex sponsalibus ex quacunque causa invalidis, arrogata priori disciplina, iuxta quam oriebatur etiam ex eis, dummodo non essent talia ex defectu consensus. Tandem cautum ibidem fuit, ut, quoties procederet ex sponsalibus validis, non excederet primum gradum. Notandum est ne verbum qui- dem haberi in hoc Decreto de impedimento, quod oritur ex matrimonio rato, non consummato; quamobrem nihil circa illud dici potest innovatum: quod declaratum quoque reliquit S. Pius V. in Constitutione, que incipit: *Ad Romanum ann. 1568.* Confirmavit idem S. Pontifex in Constitutione *Sanctissimus* regulas, quas iuxta predicta Decreta Tridentina exposuimus, tam quoad cognationem spirituali, quam in publicae honestatis impedimento.

Occurrunt in hoc titulo capita, in quibus incessuosis matrimoniorum omnino interdictur etiam cum alia persona; que tamen iam non obtinere animad- vertimus, sicut nec illa omnia, in quibus praefata impedita ultra personas in Decretis Tridentinis expressas producantur.

TITULUS XIV.

De Consanguinitate, et affinitate.

Prima omnium proximitas, et ad cuius exemplum illae inductae sunt, quas hucusque exposuimus, est consanguinitas, seu coniunctio sanguinis, quae inter eos intercedit, qui descendunt ex eodem stipite.

Ea duplex est, recta nempe, et obliqua, seu collateralis; atque haec rursus dividitur in aequalem, et inaequalem. Recta dicitur quae inter illos conspicitur, qui parentum, et liberorum numero sunt, quique appellantur ascendentes, et descendentes. Obliqua, seu collateralis, inter eos intervenit, qui procedunt quidem ab uno communi stipite, sed non ita, ut alter ab altero genitus fuerit, quales sunt fratres, et eorum filii. Aequalis linea dicitur quando hi, de quorum cognitione queritur, distant aequaliter à communi stipite, ut duo fratres, aut duorum fratribus filii. Inaequalis appellatur, dum non aequaliter distant à communi stipite, quod accidit in patro, et consobrino. Deinde sciendum est lineam vocari personarum seriem, quae sunt eiusdem sanguinis, gradum vero singulos harum personarum progressus. Denique appellamus communem stipitem eam personam, à qua reliqua provenient, quaque illarum origo, et caput est.

Magna adeat differentia inter ius civile, et canonicum quoad modum computandi gradus; nam ius civile in linea obliqua constituit unum gradum in unaquaque persona; canonicum vero ex duabus unum efficit, considerans generationem, quae non nisi inter duos sit. Sic exempli causa, duo fratres iuxta computationem canonicanam in primo gradu sunt, iuxta civilem in secundo. In linea

que de hoc impedimento loquuntur; consulendas que simul venit nova disciplina à Concilio Tridentino inducta, atque mox referenda.

Omnia haec impedimenta ad eosdem olim producebant gradus, ad quos illud, quod oriri diximus ex cognatione naturali: coeterum alio iure utrum post Concilium Tridentinum, in quo primum statutum fuit, ut affinitas proveniens ex copula illicita non extenderetur ultra secundum gradum. *Sess. 24. de Reform. matrim. cap. 4.* Deinde in *cap. 3.* eiusd. sess. definitum fuit, ut impedimentum iustitiae publicae honestatis non oriretur ex sponsalibus ex quacunque causa invalidis, arrogata priori disciplina, iuxta quam oriebatur etiam ex eis, dummodo non essent talia ex defectu consensus. Tandem cautum ibidem fuit, ut, quoties procederet ex sponsalibus validis, non excederet primum gradum. Notandum est ne verbum qui- dem haberi in hoc Decreto de impedimento, quod oritur ex matrimonio rato, non consummato; quamobrem nihil circa illud dici potest innovatum: quod declaratum quoque reliquit S. Pius V. in Constitutione, que incipit: *Ad Romanum ann. 1568.* Confirmavit idem S. Pontifex in Constitutione *Sanctissimus* regulas, quas iuxta predicta Decreta Tridentina exposuimus, tam quoad cognationem spirituali, quam in publicae honestatis impedimento.

Occurrunt in hoc titulo capita, in quibus incessuosis matrimoniorum omnino interdictur etiam cum alia persona; que tamen iam non obtinere animad- vertimus, sicut nec illa omnia, in quibus praefata impedita ultra personas in Decretis Tridentinis expressas producantur.

TITULUS XIV.

De Consanguinitate, et affinitate.

Prima omnium proximitas, et ad cuius exemplum illae inductae sunt, quas hucusque exposuimus, est consanguinitas, seu coniunctio sanguinis, quae inter eos intercedit, qui descendunt ex eodem stipite.

Ea duplex est, recta nempe, et obliqua, seu collateralis; atque haec rursus dividitur in aequalem, et inaequalem. Recta dicitur quae inter illos conspicitur, qui parentum, et liberorum numero sunt, quique appellantur ascendentes, et descendentes. Obliqua, seu collateralis, inter eos intervenit, qui procedunt quidem ab uno communi stipite, sed non ita, ut alter ab altero genitus fuerit, quales sunt fratres, et eorum filii. Aequalis linea dicitur quando hi, de quorum cognitione queritur, distant aequaliter à communi stipite, ut duo fratres, aut duorum fratribus filii. Inaequalis appellatur, dum non aequaliter distant à communi stipite, quod accidit in patro, et consobrino. Deinde sciendum est lineam vocari personarum seriem, quae sunt eiusdem sanguinis, gradum vero singulos harum personarum progressus. Denique appellamus communem stipitem eam personam, à qua reliqua provenient, quaque illarum origo, et caput est.

Magna adeat differentia inter ius civile, et canonicum quoad modum computandi gradus; nam ius civile in linea obliqua constituit unum gradum in unaquaque persona; canonicum vero ex duabus unum efficit, considerans generationem, quae non nisi inter duos sit. Sic exempli causa, duo fratres iuxta computationem canonicanam in primo gradu sunt, iuxta civilem in secundo. In linea

recta eadem observatur ratio in utroque iure. Itaque, quoties scire quis velit quoniam gradu aliqui sint in linea recta, computare debet personas ipsas, de quibus quaestio est, et deinde illas, quae procedendo inveniuntur usque ad communem stipitem; et quot personas invenerit, tot numerabit gradus, una dempta, nempe communis stipite: v. c. filius cum patre in primo gradu est; avus, et nepos in secundo; proavus, et prouepos in tertio; quia nempe, quoties de patre, et filio querimus, duas reperimus personas, patrem scilicet, et filium. In linea transversa, aut collaterali distinguendum est aequalis sit ne, an inaequalis: si quaeratur gradus duorum, qui in linea aequali constiuit sunt, seu qui aequaliter distant à communi stipite, quanto gradu distant à communi stipite, tanto distat inter se; v. c. si quaestio est de duobus fratribus, dicemus eos positos in primo gradu, quia quisque eorum eodem distat à patre. Si agatur de constitutis in linea inaequali, ab eo facienda venit computatio, qui remotior est, et quanto gradu si distat à communi stipite, eodem ipsis distat inter se; v. c. si quaeratur de patre, et consobrino, fieri debet ab hoc computatio ad avum, et eo gradu ipsis different inter se, quo distat consobrinus ab avo. Et haec quidem de forma computandi gradus.

Quod ad prohibitionem spectat matrimonii inter consanguineos, duabus vulgo asseritur inniti rationibus; prima, quod adulaborandum sit, ut mutuus amor, et concordia magis, magisque foveatur, et propagetur inter homines: iam vero qui sanguine inucti sunt, nullo alio indigent viaculo ad servandam mutuam hanc charitatem; curandum proinde est, ut per coniugia cum remotis ea contrahatur, qui alias dissit semper à nobis forent. Secunda ratio depromitur ab honestate, et reverentia, praecipue locus ei est in linea recta. Plura alia videtur

dēre sicebit apud D. Covarrubiam, D. Thomam, et Bellarumin, apud quos et duae aliae rationes leguntur; prima desumpta ex familiaritate, quae inter consanguineos intercedit, quaeque redderetur suspecta si iniiri inter eos matrimonia possent: secunda vero ex eo, quod moderatus esse debeat usus coniugalis, id autem non ita facilē sit sperandum dum dilectioni, quam coniunctio sanguinis gignit, iungitur amor coniugalis: solidior tamen inter omnes illa est, quam diximus fundatam in eo, quod charitus inter extraneos cā praecipiē viā sit extendenda, quia vinculum amoris est, et dilectionis, quaeque propterea antiquissima omnium amicitia ab omnibus iudicatur, ut aiebat Musonius

In linea recta prohibetur matrimonium in infinitum iure naturali. Existimat Berardus inter patrem, et filiam prohiberi quoque iure positivo divino, idque deducit ex illis Adami verbis: *propter vos relinquet homo patrem, et matrem.* Coeterum Basilius Pontius, diligentissimus euidem investigator, postquam dixit se non reperire firmum aliquod argumentum, quod ostendat coniunctionem patris cum filia, aut matris cum filio iure naturali esse nullam, cum non opponatur ita clare fini matrimonii; sicut dici forte posse divina aliqua lege potius haec matrimonia prohibita, quam naturali; deinde autem protestatur se nullum invenire vestigium divini iudicis praecepti adhuc perseverantis. Non de sunt qui asserant in vigesimo, tricesimo, aut ulteriori gradu cessare prohibitionem in hac linea, deficientibus nempe eiusdem rationibus: verum, cum impossibile sit, quod casus contingat in quo agatur de huiusmodi matrimonio contrahendo, frustra in eo discutiendo immorarer.

In linea transversali aliud antiquitus obtinebat, aliud nunc viget. Primis Eclesiae saeculis, cum Eclesia leges Romanas bac in parte sectarentur, per-

214 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

permissa fuere matrimonia in secundo gradu, nec non frequenter accideret. Probat Berardus ex D. Ambroasio, et Augustino primum Theodosium Imperatorem haec coniugia improbase; quare apocrypha habenda sunt monumenta, quae in hanc rem Gratianus refert ex Pontificibus, Fabiano, Calixto, et Jolio, quaeque inveniuntur passim citata apud Auctores. Post mortem Theodosii, divisoque Imperio inter eiusdem filios Arcadium, et Honorium, ille in Oriente paternam legem abrogavit, mansit vero in Occidente: deinde autem etiam in Oriente restituta fuit a Sinodo Trullan.

Productum deinde fuit hoc impedimentum usque ad septimum gradum, quod tempore Caroli Magni contigisse putat idem Berardus: verum in Concilio Lateran. sub Innocentio III. restrictum fuit intra quartum gradum, cap. 3. b. tit. eaque constitutio manuit etiam post Tridentinum. Ex his patet, eum, qui in linea obliqua inaequali quarto gradu distat a communis stipe, coniungi illi posse, qui distat quinto, a quo computatio fieri debet iuxta ea, que tradita sunt, cap. ult. b. tit.

Summa omnium, que dicta sunt, et in quibus facilime Tyrones falli contingit, haec est. Consanguinei in linea recta arcentur a matrimonio in infinitum; qui autem constituti sunt in obliqua, si extra quartum gradum quilibet eorum sit, contrahere possunt. Inter eos, qui affines sunt ex copula licita, aut matrimonio rato, iisdem gradibus concluditur prohibito: si vero tales sint ex copula illicita, non extenditur ultra secundum. Solum obest matrimonio affinitas primi generis, insuper habita illa, que secundi, aut tertii est. Impedimentum publicae honestatis non oritur ex sponsalibus quacunque ex causa invalidis; et quando oritur, non transgreditur primum gradum: illud vero, quod venit ex matrimonio rato, extenditur ad quartum

gra-

TITULUS XIV. 215

gradum. Denique impedimentum cognationis legalis semper durat inter eos, qui parentum, et liberorum numero habiti sunt, in coeteris autem tandem solum, quandiu consistit adoptio.

Ex his nullo negotio Tyrones intelligent in quibus immutata bode conspicuntur antiqua disciplina, simulque scient, capita omnia Decretalium his regulis contraria nullius iam roboris esse.

TITULUS XV.

De Frigidis, et maleficiatis, et impotentia coeundi.

Parentibus hoc votum esse in contrahendo matrimonio, ut filios procreare valeant, recte dicitur, singulos enim adloquentes andas illis verbis apud Platonem gignere debemus, et educare liberos, vitam, euc lampadem, aliis post alios tradendo. Coeterum hoc non esse de substantia matrimonii facile quilibet agnoscit, cum ea consistat potius in coniunctione animorum, mutuoque adiutorio. Hinc est, quod corum quoque coniugia consistant, qui procreare nequent, aut nolant: quod in illis conspicitur, qui continere ambo volunt, ut orationi liberius vacent; tum etiam in illis, quorum uterque, aut alter impotens est, scienterque nihilominus matrimonio iunguntur, aut in eo permanent, attentâ nimirum disciplina, quae vigebat tempore Decretalium; eni rei illa reddi ratio solet, quod naturalia contractuum tolli possint partium conventione, quanvis nequant substantialia.

Impotenta alia temporalis est, alia perpetua; deinde aut absoluta, aut respectiva. Sed et distinguendum est inter eam, quae matrimonio contracto supervenit, etiamque, quae praecessit.

Quo-

Quoties impotenta supervenient, quaeunque tandem ea sit, matrimonio non obest, ut diximus de reliquo impedimentis. Aliud quidem suadere videtur nonnulla capita apud Gratianum; verum aut apocrifis sunt, aut continent dispensationem quanquam cum recens conversis, quod existimat Berardus accidisse cum Germanis temporibus Gregorii III. in conspectu can. 18. c. 32. q. 7. aut commodas satis admittunt interpretationes. Quando impotenta praecessit matrimonium, et perpetua est, sive absoluta sit, sive illi solum coniugi respectiva, dirimit hodie matrimonium. Oium quidem, si tales scienter contraxissent, aut deinde acquiescerent, non prohibebantur manere simul tanquam frater, et soror, ut patet ex cap. 2. et 4. b. tit. licet alia esset Ecclesiae Gallicane consuetudo, quam minime improbadam sensuit Alexander III. Notandum est obiter, ut nonnullorum error vitetur, phrasis huius, in sacris canonibus valde familiaris, non illum esse sensum, ut qui tanquam vir, et uxor vivere nequeant, aut nolunt, maneant velut frater, et soror, resciso matrimonio, et relicta tantum cohabitatione civili; sed ea significari tales coniuges filiorum procreatione, aut carnali copulae, coesterisque actibus, qui conjugatus licet, minimè operam daturos; quod facile probari possit pluribus antiquorum patrum testimoniosis. Hinc coniugia Eunuchorum sustinebantur, eisque nihil obesse videbat, aut iure naturae, aut ecclesiastico veteri, dummodo ad castè vivendum iungementur; coeterum Sixtus V. consultus ab Episcopo Novariensi, in hisce Regnis Legato, irritavit huiusmodi coniugia; receptumque generaliter deinceps est, ut iis, quorum uterque, aut alter impotenta perpetua, et insanabilis, laborat, minime permittatur matrimonium, etiam ad castè vivendum, contrahere; et si contraxerint, nullum omnino est matrimonium.

No.

Notare hic iuvat, cavendum esse à Berardo de Univ. iur. ecclasiast. tom. 3. dissertat 4. cap. 2. qui dum de praedicto Motu proprio Sixti V. loquitur, fidem sectatur Sanctetti, quavis eiusdem errorem non amplectatur; paratus tamen in eundem labi, si ultraeius in mente titulus Pontificis inquirenda processisset: nam ex verbis, quae referuntur à Sanchez, vera colligi nequirit Pontificis sententia, ut innotescat integrum motus litterarum legenti in Bullario Magno Tom. 2. pag. 634; aut saltem apud Basilium Pontium lib. 7. cap. 67, qui magis fidelem, atque accuratum se exhibuit, licet nec ipse tradat integrum textum.

Diximus ista aquè intelligenda de impotencia respectiva, ac de absoluta, si intraque sit perpetua: in eo autem differunt, quod respectiva impotens cum alia contrahere non prohibetur; et, quavis in secundo matrimonio aptus redditur primæ conjugi, ad eam redire haud potest. Non idem est si impotentiam nusquam adfuisse apparuerit; tunc enim retractari debet sententia, quin dici ulo casu, aut tempore possit, eam in rem iudicatam transisse; nam in matrimonio illud singulare est quod sententia non transeat in rem iudicatam. Id ut facilius percipiat notandum est, coniugem, qui, ob impotentiam respectivam matrimonio quoad vinculum soluto, et copulatur, aptitudinem ad copulam etiam cum priori coniuge sustineandam consequi duplice posse; medio nempe, quod etiam in priori coniuge locum habere potuisse licet, absque vitæ periculo, et naturaliter, aut eo quod nusquam in priori matrimonio potuisse verificari: primo casu apparebit Ecclesiam fuisse deceptam, cum non esset perpetua impotencia, quae licet, naturaliter, et absque vitæ periculo tolli potuit proindeque reconciliari debet primum matrimonium; in secundo aliud erit censendum, quantumvis sublatu illo impedimento in secundo matrimonio aptus redditur.

Tom. II.

Ee

con-

etiam enim primo; verè enim quoad primum matrimonium perpetua erat illa impotentia, quanvis cessasset in secundo ob diversam coniugis naturalem structuram. Observandum ergo cautè in iis casibus est an similis fuerit coniugis secundus priori, necne; quod satis declarat Innocentius III. in cap. 6. b. tituli. et aperiri ulterius nonnullis exemplis posset, nisi cantè admodum tractandam rem ob iuvenum imbecilitatem censeremus.

Impotentia temporalis non officit matrimonio, quin ob sit quod in impuberibus observatur; hi enim potius excluduntur ob iudicij infirmitatem.

TITULUS XVI.

De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae.

Sicuti Poenitentibus interdicebantur coniugia, ut pote quibus lacrimas potius convenirent, et tristitia, ita temporibus ieiuniorum, quae orationi specialiter destinata sunt, omnibus erant prohibita. Desit quidem in usu esse Poenitentium disciplina, verum manus certorum temporum, quae clausa dicuntur, praefinitio, in quibus inhibitæ est nuptiarum celebratio; eaque à Concilio Tridentino in sess. 24. de Ref. matrim. cap. 10. ita confirmata fuit, ut antiquæ nuptiarum solemnum prohibitiones servari debeant ab Adventu Domini usque in diem Epiphaniae, et à feria quarta Cinerum usque ad octavam Paschatis inclusivæ. Hoc autem non ita intelligendum est, quasi ipse contractus matrimonialis sit prohibitus his temporibus, sed de benedictione solemni, coeterisque nuptiarum solemnibus.

Est et praeterea interdictum, quod appellatur hominis, dum scilicet Index ad tempus nonnullis contrahere prohibet ex causa; veluti si queratur

TITULUS XVI. 219

de impedimento aliquo: et quidem in hoc caso parrendi manet necessitas: si autem contra interdictum contrahatur, illicitè hoc fit, sed valet coniugium nisi appareat deinceps cum impedimento dirimente illud fuisse contractum.

TITULUS XVII.

Qui filii sint legitimi.

Dum de conditione filiorum agitur recepta communiter divisio est, iuxta quam alii legitimi appellantur, alii naturales, alii denique spuri. Legitimi dicuntur qui ex iustis nuptiis geniti sunt naturâ simul, et lege eis suffragium ferente. Naturales vocantur, qui nati extra matrimonium sunt, sed ex coniunctione, quae non omnino naturâ, et legib[us] improbat, hoc est non ita strictè. Spuri dicuntur, qui oriuntur ex coniunctione detestabili, prorsusque dannata.

Nonnunquam accedit, quod filii procedant ex tali coniunctione, quae quidem matrimonialis non est, in qua tamen nihil sit, quod parentibus imputari queat; in his ergo adjunctis aequum fuit statuere, ut legitimi ceasentur. Sic describitur in cap. 2. b. tit. de illis, qui procreati sunt ex matrimonio contracto in facie Ecclesiae, quod tamen deinde dissolutum est adstantis causa impedimenti, dummodo parentes, aut saltem unus ex eis, bonam fidem habuerit, et nati aut ad minus concepti filii fuerint ante sententiam; ita enim censeo intelligendum. Similes species proponuntur in cap. 8. 9. et 14. Si autem filii crasa nimis parentum ignorantia nitanuntur, audiendi non sunt, et huic casui accommodari potest caput 10.

Receptum aequum est, ut filii habitu in infidelitate ex eo matrimonio, quod contrati à fidelibus non

valuerisset ob impedimentum iure Ecclesiastico indec-
tum, legitimi iudicentur post conversionem parentum, tum quia eo tempore legibus Ecclesiasticis non
tenebantur, tum etiam ne quod apponatur obstacu-
lum conversioni ad fidem, cap. ult.

Distinguuntur à praedictis omnibus filii legitimati, qui neque inspecta coiunctione, ex qua orti sunt, nunquam censerit possent iure legitimorum, funguntur tamen eodem saltem quoad aliquos effectus favore legum, quibus placuit legitimitate illos in certis adiunctis induere, qui aliqui laborant defec-
tu natuum.

Receptissima apud Romanos erat haec disciplina, que ad nos usque pervenit ita exigente favore mar-
rimonii, summisque imperantium iuribus: coeterum in usu esse desinere apud nos debuit tertius legi-
gitimandi modus à Romanis inductus, scilicet per oblationem Curiae: duobus ergo modis legitimantur tam legibus Ecclesiasticis, quam Saecularibus filii ab his extra matrimonium habiti, qui illud contrahere aullo iure prohibebantur, per subsequens matrimonium, et per rescriptum Principis.

Coeterum plus adhuc superest investigandum: nam
primo quaeritur an rescriptum S. Pontificis sufficiat ad
legitimationem: deinde an aliquid amplius requiri-
tur in legitimatione per subsequens matrimonium,
quam quod iam innuimus: tandem dubitari solet
de utriusque legitimationis effectibus.

Et quidem quod ad primum attinet, extra om-
nem debet esse controversiam, S. Pontificem posse le-
gitimare quoad effectus, quibus circumscripta est po-
testas sibi à Deo concessa, nimirum spirituales,
minime vero profutaram eius legitimationem
quoad civiles, qui neutiquam convenienter potes-
tati Pontificiae. Hinc Innocentius III. in cap. 13.
b. tit. liberam sibi vindicat potestatem legitimandi
quoad utrosque effectus in ditionibus Ecclesiae

etiam

etiam in temporalibus subjectis, in quibus Re-
gia simul aura Pontifex exercet. Sanè id quoque inten-
dere videtur, ut eandem facultatem sibi asserat
extra Pontificiam ditionem in extraordinario aliquo
casu, sicuti indirectam potestatem in temporalia
Regibus subjecta; verum hae opiniones tribuendae
potius sunt Exaratori Rescripti: atque attendenda
venit conditio illorum temporum, in quibus huic
modi doctrinae invaloruerat, parum autem hodie
movent virum per iudicis immunem. (1)

Necessaria ergo est quoad temporalia Princi-
pis legitimatio, quam nolunt Reges nostri in dam-
num filiorum legitimorum converti, aut eorum,
qui legitimati sunt per subsequens matrimonium,
leg. 13. Tauri.

Diximus non aliter procedere legitimationem
per subsequens matrimonium, quam si potuerint
parentes illud liberè contrahere, hoc est, sine ulla
dispensatione, ut dicitur in leg. 11. Tauri: suffi-
ciet autem probare adfuisse parentibus hanc potes-
tam tempore conceptionis, nativitatis, aut me-
dio. Legibus Romanis cautum praeterea erat, ut
moer debaret esse concubina à patre domi re-
tentia: verum hoc neque iure Canonicō, neque Pa-
trio admissum est. Sed et tantus est favor mat-
rimonii, ut legitimeatur filii, eo à parentibus contrac-
tò, etiamsi aliud coniugium medium fuerit.

Valde controversum est an filii ita legitimitati
preferantur in primogenitis coeteris constante ma-
trimonio genitis: quaeruntur quoque plura alia non
inutilia, que latiorem exposunt tractationem.

*Imania sunt
spectra, et
puerorum no-
ris...*

TITULUS XVIII.

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

Frequenter contingit quod post contractum matrimonium quaestio oriatur de eiusdem validitate; queritur autem in hoc Titulo quinam hoc casu admittantur illud accusare, aut contra illud testificari. Publicè quidem interest ne sub sanctissimo matrimonii nomine permittantur impudicae, illicitae coniunctiones; proinde videbatur cuiilibet patere accusationem huiusmodi: nihilominus, cum pravorum hominum malitia favendum non sit in re praesertim tanti momenti, statutum in primis est rejiciendo eos esse, qui scierunt, potueruntque impedimentum detegere tempore denunciationum, cap. 6. Deinde cum satis commendari iudicibus nequeat accurata in scrutandis testium, et accusatorum qualitatibus diligentia, repellere eos debent, quos non veritatis, iustitiaeque amore moveri sentient, ut rescribitur in cap. 5. de iis, qui luceri causa accusant, aut testificantur. In cap. 2. respondet S. Pontifex depositiones in scriptis ab absentibus factas non sufficere ad plenam probationem; admittantur autem testificationes parentum, et cognitorum, dum queritur de gradu propinquitatis, cum magis conscius esse debeant familiae iurum, cap. 3.

Non solum autem in testium, et accusatorum qualitatibus dijudicandis causus admodum debet esse iudex, sed et in admittendis Obstetricum, et Medicorum testimonii quoad impotentiae qualitatem; vix enim credi potest quam fallacibus sepsim innitantur signis, et conjecturis.

TITULUS XIX.

De Divortiis.

In controversiis, quae oriri solent post coniugium contractum, quaerri potest de ipso matrimoniali vinculo, vel solùm de coniugum separatione, aut quoad thorum tantum, aut quoad thorum simul, et coabitationem.

Quod ad vinculum attinet nulli dubia est eius indissolubilitas iuxta illud: *Quod Deus coniunxit, homo non separat:* ita ut nusquam evenire casus valeat, quo dissolvatur, exceptis infidelium coniugii, et ingressu in Religionem in matrimonio rato iuxta formam expositum in lib. 3.

Pernitit quidem divortium Iudeis Moyses obduritiem cordis eorum, ne scilicet in homicidia, alia que crima fuerint. Apud Graecos etiam, et Romanos illud in usu fuisse scimus, postremis praincipiis temporibus: quando in pristinam morum honestatem Respublica sovit, turpissimam censuerunt Romaoi uxores descendere licentiam, quantumvis lumen fidei destituti: docent nos Historici, primus exemplar anno Rómae 520 contigisse; et quavis compertum Civibus esset, Carvilium Rogam, qui primus id sibi licere creditis ob uxoris sterilitatem, non libidine, sed Patrie amore coactum (nam coniugem adamabat enixe, se vero iuramento obstringi existimabat, quod urgentibus Consulibus, omnes praestiterant, ducendi uxores ad comparandam Reipublicae prolem) honestati parum consonum censuerunt. Sed nec in Ecclesia Christi desuerunt, qui ex pravo intellectu verborum Domini apud Matthaeum deducerent dissoluvi matrimonii vinculum propter adulterium: verum Ecclesia, praesertim Latina, semper docuit contrarium, ita ut neque coniux in-

innocens valeat vivente coniuge ad secunda vota transire , ut definivit etiam Sinodus Tridentina in sess. 24. de Ref. matrim. can. 7. his verbis : *Si quis disserit Ecclesiam errare cum docuit , et docet iuxta Evangelicam , et Apostolicam doctrinam , propter adulterium alterius coniugum matrimonii viuendum non posse dissolvi ; et utrumque , vel etiam innocentem , qui causam adulterio non dedit , non posse , altero coniuge vivente , aliud matrimonium contrahere , moechari que cum , qui dimissa adultera , aliam duxerit , et eam , quae dimisso adultero , alii nupserit ; anatema sit.*

Longè diversa species est , dum declaratur nusquam constituisse matrimonium , utpote contractum adstante impedimento dirimente.

Separatio quad thorum , vel quad thorum simul , et cohabitationem fieri nequit privata coniugum auctoritate , praesertim si agatur de disociatione perpetua , cap. 3. et 4. b. tit. et Constitutione Ad compescendum Sixti V. coeterum eam ab Ecclesia ob iustam causam decerni posse non dubitatur. Praecipua ea est , quae desumitur ab adulterio patrato ab alterutro coniugum iuxta illud Christi Domini apud Matthaeum : *Qui dimisisset uxorem nisi ob fornicationem , et aliam duxerit , moebatur , cui adjunguntur quoque aliae , in quibus discutiendis longum fore immorari. Illud sane adnotandum est , in singulis Dioecesis designando esse matrimoniorum Defensores ex Constitutione Benedicti XIV. quae incipit : Dei miseratione , anni 1741. Coetera , quae in hoc Titulo continentur , exposita superius variis in locis sunt , praecipue vero lib. 3. tit. de Conversione Infidelium.*

TITULUS XX.

De Donationibus inter virum , et uxorem , et de dote post divorcium restituenda.

Praemittendum est dotem appellari eam quantitatem , quae tradi viro solet ab uxore , vel eius nomine ad sustinendam matrimonii ouera ; totalitum verò in cap. 4. id dicitur , quod vicissim conferre vir solet , tum in securitatem dotis , tum in solarium , alimoniamque uxoris mortuo marito ; quodque appellatur inter nos donatio propter nuptias. Quoties ergo aut nullum declaratur matrimonium , aut fertur divorci sententia , restituenda est uxori dos , nisi ob patratum ab ea adulterium separatio fiat ; tunc enim , sive civiliter cum ea actum fuerit , sive criminaliter , amittit dotem , et donationes , quae factae ipsi fuerint contemplatione coniugii , ceduntque lucro mariti.

Quod ad donationes inter virum , et uxorem pertinet , receptum omni iure est , eas non licere × constantem matrimonio , ne coniuges invicem bonis omnibus sese spolient , neve videatur venalis coniugalis affectus ; exceptis illis , quae à viro sene , aut ignobilis fuit uxori inveni , in remuneracionem iuventutis , aut nobilitatis , quas valere receptum tradit D. Covarrubias , tom. 2. part. 2. cap. 3. §. 3. Deinde confirmantur illae donationes morte donatoris , qui expresse , aut tacite , non revocaverit.

TITULUS XXI.

De Secundis nuptiis.

S Econdas , aut ulteriores nuptias post obitum priorum coniugum nusquam prohibuit Ecclesia ; infirmiores Tom. II.

226 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

res autem iudicavit eos, qui ita contraherent, unde et imposita illis quandoque fuit publica poenitentia, ut alibi monimus, et reperiuntur in Corpore Iuris severiores nonnullae formulae, quibus damnatae à Patribus illae videntur omnino, quaeque proinde fallere Tyrones possent, si prae oculis non haberent, canones, in quibus inveniuntur, ad illa tempora esse referendos, in quibus oportebat licentiam matrimonia iterandi coercere, cum plures ad secundum transirent vivente prima coniuge, damnata hanc coniunctionem cum secundis, de quibus loquimur, nuptiis confundentes. Sed nemini licet rume more solum, aut incerta fama de morte absentis coniugis, ad aliud conjugium transire: sin autem contingat, ut notitia obitus, quae certa credebatur, aliquando failat, redire compellitur coniux ad primum matrimonium, cap. 2. b. tit. quoties vero contracto secundo coniugio dubitatio emergit de morte primi coniugis, non statim illud dissociandum est, sed observanda veniunt interim quae praescribuntur eod. cap.

Statuit in cap. 1. et 3. secundas nuptias non esse benedicendas; quod quidem intelligendum non est de prima illa benedictione coniugis omnibus communis, quam etiam contendent nonnulli formam esse Sacramenti, sed de alia rituali. Haec constitutio Ecclesiae ex eo videtur provenire quod, ut supra innuimus, semper ex iudicio Ecclesiae adit aliquia imperfectio in secundis nuptiis sive ob defectum significationis, sive quia exhibent signum aliquod incontinentiae: unde acriora nonnulla dicta apud Patres legimus contra iterata coniugia, principiis illis temporibus, in quibus non pauci post divorzium cum alia contrahere intendeant, congruum que proinde erat etiam a licitis secundis nuptiis aedes avertire.

Parochus adversus praefata benedicens punitur

in

TITULUS XXI.

227

in cap. 1. suspensione ab officio, et beneficio, reservata Sedi Apostolicae absolutione: hoc tamen non servari, sed ab arbitrio pendere Episcopi observat Giraldi, qui simul notat receptum ita in praxi esse ex Extravaganti quadam Ioannis XXIII. que, licet in nulla Collectione inveniatur, refertur à D. Covarrubia.

Sublatiae iure Canonum sunt poenae inflictæ à civili in mulierem nubentem intra annum lugitus observandæ autem sunt leges illæ omnes, quæ non tam poenam adversus tales mulieres continent, quæm filiorum, qui ex primo coniugio habiti sunt, commodum, et securitatem, quales sunt apud nos, quæ eorum tutelam, et curam matri auferunt, et quæ statunt, ut reservare debeant filii primi matrimonii bona ex eo quæsita. Sed et monendæ semper mulieres ne ad secunda vota currant festinanter, cum non levia ex eo oriuntur incommoda.

Neminem existimo turbabit canon 5. Concilii Totani XIII. in Regni utilitatē editus suadente Rege Ervigo, qui Concilio aderat, ne, si Regum, ac Principum nostrorum uxores viduatae facile ad secunda vota transirent, extraneus aliquis Princeps in Regni possessionem induceretur maximo Regni ipsius, ino et nonnunquam filiorum primi matrimonii detimento.

FINIS LIBRI QUARTI.





LIBER QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

De Accusationibus, inquisitionibus et denunciationibus.

Ecce forma in caussarum civilium cognitio-
De servanda actum est in lib. 2. in pae-
nitiens senti queatio est de criminibus, eorum
que coercendorum ratione. Et quidem
quaeritur in primis quannam ratione crimina in iu-
dicio deferantur; agitur deinde de variis crimi-
num speciebus; denique de poenis, quibus puniun-
tur, diversisque gradibus coercionum.

Forma deferendi crimina in iudicium varia fuit
pro temporum varietate; et quidem primis Ecclesiae
temporibus simplicissima, ut apparat ex Actis
Conciliorum; quavis etiam tunc observarentur ac-
curatè illa omnia, sine quibus, aut damnatus quis
dici posset absque debita defensione, aut non satis
fuisse perspensis accusatorum, atque testium qual-
itates. Citabantur ergo pluries accusatus, ut se de-
fen-

seaderet; instrumenta etiam ipsi exhibebantur, ut,
si quid adversus ea, vel in personas accusatorum,
aut testium, objicendum habéret, statim oppone-
ret: contumaces graviter plectebantur; denique ca-
lumniatores talioni suberant.

Immutata nonnihil fuit pristina disciplina tempo-
ribus Iustiniani; deinde verò plurima adiuncta, si-
cuti in Tribunalibus Saecularibus, ita et in Ecle-
siasticis novam iudiciorum formam induxerunt, do-
nec tandem recepta, firmataque fuit post seculum
duodecimum quae in Decretalibus conspicitur; quam-
que in plurimis haustam fatentur eruditii ex falsis
Isidori Mercatoris monumentis.¹⁷

Iure Decretalium quatuor agnoscentur modi cri-
mina in iudicium deferendi, accusatio scilicet, ex-
ceptio, denunciatio, et inquisitio, singulisque sin-
guis statutae sunt leges, ut patet in cap. 16. b.
tit, in quo mentio fit trium priorum.

Antiquissimus modus est accusatio, in eo funda-
mentum habens, quod publicè intersit leges cuiusque
Societatis servari; quoties autem violantur, cuilibet
licet ex iis, qui Societatis membra sunt, personam Reipublicae, aut Societatis laesae, assumere,
eiusdem iura persequi: nè tamen praetextu boni
publici improbis via pateat calumniandi, receptum
est, ut accusator nomen suum inscribere de-
beat, talionique subjaceat, si accusatus innocens
probetur; id est, ut se obliget eandem poemam su-
bire, si non probaverit objectum crimem, quam
pati deberet reus eo probato.

Statutum eadem ratione fuit, ut ii omnes, quo-
rum non omnino probatae qualitates sunt, repelan-
tur ab accusando, inter quos recensentur excommuni-
cati, qui, licet in radice iura Societatis retineant,
eorumdem verò exercitio privati sunt, publici con-
cubinarii, inimici, eorumque domestici, cap. 7. et 3.
20. b. tit.

*hoc virio fac
querre labo
xant decora
les...*

Clerici accusari nequeunt à Laicis, neque Clericis licet Episcopos suos accusare; quorum utrumque tribuendum est figurantis Mercatoris, cum veteri disciplinae non conveniat, ait Berardus: admittuntur nihilominus in cap. 11. Monachi suos Abbates accusantes, eisque, ut ipse nihil proprium habere valentibus, assignari iubentur necessaria de bonis Monasterii.

Correcta deinde fuit paullatim disciplina circa accusationem Laicorum in Clericos, ut etiam circa propositam à Clericis in Episcopos. Primum apparet in nonnullis Rescriptis Innocentii III. aliorumque Pontificum, qui fuerunt post Alexandrum III. praecepit autem in cap. 17. de Iudiciis. Ad secundum quod attinet plurima forent adnotanda, sufficit autem dicere receptas fuisse posterioribus saeculis Clericorum accusations in Episcopos, sicuti primis temporibus observabatur, immutatam vero formam de criminibus eorum cognoscenda, dum tradit coepit deferri ea debere ad Romanam Sedem, ut continetur in cap. 15. b. tit. et definitum fuit in Sinodo Trid. sess. 13. de Ref. cap. 8. Adjectum insuper fuit Episcopos citandos personaliter non esse nisi ob crimen depositione, aut privatione dignum, cap. 6. ead sess. et ad hunc finem erexit Sextus V. Congregationem Cardinalium super consultationibus Episcoporum. Quantum haec distent à pristina disciplina facile intelliget quilibet ex Canonibus Nicaenis, et Sardicensibus: sive enim appellationem ad Romanam Sedem concedant, sive recognitionem, aut revisionem, illud pro comperto omnibus est, tum ex his, tum ex aliis plurimis Canonibus, primum cognitionem criminum, ab Episcopis patratorum, ad Concilia Provincialia pertinuisse, eti venirent deponendi. Eandem fuisse Hispanae Ecclesiae disciplinam adeo conspicuè patet in nostris Conciliis, ut necessum non sit in eo probando immorari: nota satis inter alia sunt exempla

Mar-

Martialis, et Basilidis, item Siberti Toletani, et Potamii.

Adduci vulgo solent, ut contrarium probetur, plures canones inserti à Gratiano, praecipue in eam 2. quæst. 3. sui Decreti: coeterum nonnulli eorum à Mercatore conficti sunt, alij autem tribuendi singularibus adjuncti, quæ inquit Berardus in Commentar. In Ius eccl. univ. tom. 4. Dissert. 4. cap 3. Admittenda igitur non est illorum sententia, qui asserunt á sacculo Ecclesiae secundo causas criminales Episcoporum à Summo Pontifice cognosci, ut saltem definiri debuisse, ita ut Comprovinciales, et Metropolitani, audire eas possent, sed non definira.

Notandum etiam est praedictas Concilii Tridentini, et Sixti V. sanctiones quoad causas criminales Episcoporum nequasim, in fallor, locum apud nos ita habituras, ut earum vigore Episcopi Romæ personaliter comparere compellantur: id enim merito impediret protectio Regia, gravissimis, eisque nos tissim, rationibus suffulta: quo: et generaliter continget quotiescumque de Reo qualibet ex causa à Regno extrahendo ageretur, uti non semel iam accidit.

Alia etiam plura statuta inventimus, circa accusations, veluti quod licet accusatori recedere absque poena ante inscriptionem, quanvis deinde accusare volens non admitteretur, cap. 14. Sed et poterat accusatus crimen accusatori objicere, ob quod debet ab accusando repelliri.

Verum in usu esse desit accusatio, simulque exceptio, quæ illam sequebatur; exceptis Promotoribus auctoritate publica constitutis, quibus et nunc licet. Coeteris manet denunciationis via, simulque petere civiliiter possunt quod sua interest.

In Tribunalibus Saecularibus fræquentatur accusatio; coeterum in desuetudinem abiit nominis inscriptione, quæ antiquitus necessaria erat omnino.

De-

Denunciatio in eo praecipue difert ab accusatione, quod denuncians inscribere nec olim cogeretur, quavis extra ordinem graviter puniretur, si calumniandi animo denunciasse probaretur. Postulante Reo adigendus est denuncians secretò in Curia nomen suum inscribere, licet causam substinaere non cogatur, ut, si deinde apparet malitia, puniatur: praecipue autem Promotores Fiscales hac cautela utantur expedier maximè, quoties accusationem intendere denunciatione aliquius moveatur, ne nimis credulitate decepti, calumniantum hominum malitiis inserviant: unde et nonnullarum Dioecesum Constitutionibus Sinodalibus expresse id cautum inventur.

Denuntiationem sequitur inquisitio, in qua Iudex ex officio procedit, perinde ac si ab inquisitione sola iudicium inciperet.

Sunt praeterea alias species inquisitionis, veluti cum Index rumore patrati criminis motus inquirit, aut dum generali peragit inquisitionem. Olim fieri non poterat inquisito speciali, nisi contra infamatum; quod ex in huius tituli capitibus exprimitur: verum hodie generali consuetudine receptum est, ut, quoties de ipatrato crimen constat, inquirat Iudex etiam ex conjecturis levissimi.

Inquisitio generalis, seu, ut propriè loquar, generalissima, quando nempe non de criminis certi euctore inquireando agitur, fieri prohibetur iure Regio, praeterquam ex Principiis mandato speciali, Nov. Recop. lib. 8. tit. 1. leg. 3. et 4.

Et haec quidem generalia hoc loco sufficiant, quibus plura deinceps erunt adiungenda.

TITULUS II.

De Calumniatoribus.

Andreas Vallenensis, aliique, postquam asserunt, eum dici calumniatorem, qui falso crimen scienter, et dolo malo intendit, addunt talem, praesumti accusatorem, eo ipso, quod crimen intentatum non probavit; adducuntque in sua doctrinae probationem *caput 2. b. tit. ex quo nihilominus deduci id neutiquam potest.* Proponitur in eo species Clerici, qui de suo Episcopo excessus varios nunciaverat; cumque nullum probasset, Episcopum S. Pontifex absolvit, Clericum vero ab officio, et beneficio suspendi voluit, donec canonice suam innocentiam purgaret, ut costeri simili poena perterriti ad infamiam suorum Praetoriorum facile non proslirent. In his nemo non agnoscat singularia adiuncta, ex quibus desumi nequeat regula generalis. Imperatores Valentinianus, et Valens ita aiebant in *leg. 3. C. b. tit.* Qui non probbase crimen, quod intendit, pronunciatur, si calumnia non dannetur, derimment existimationis non paritur; non enim si Reus absolutus est, ex eo solo etiam accuser, qui potest iustam habuisse veniendo ad crimen rationem, calumniator credendus est. His congruit Imperatorum Honorii, et Theodosii sententia, quea paucis rem explicat, dum aiunt in *leg. 10. eod.* Quisquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licetiam mentendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.

Varis poenis coerciti semper fuerunt calumniatores; verum quae exprimuntur in *cap. 1. et 2. b. tit.* in usu non sunt, cum nec verberentur ideo Clerici, nec frequenter canonica purgatio, de qua inferius. Equis vero satis acerbas inventari poenas ad pestem hanc à societate eliminandam, et evellendam.

dam? Sed fuis in tit. de Maledicis.

Extant Constitutiones S. Pii V. et Gregorii XIII. in calumniatores : et Benedictus XIV. reservavit S. Pontifici absolutioinem accusantis de solicitatione innocentium Confessarios , aut ab aliis id fieri curantibus , etiam si retractatio sequatur in Constitutione Sacramentum Poenitentiae §. et quoniam.

TITULUS III.

De Simonia.

Post traditas diversas rationes crimina in iudicium deferendi , recenset Compilator varias eorum species : haec vero tunc facilius percipientur , cum generales quaedam regulae fuerint praemissae.

Et quidem in primis notanda accuratè venit differentia inter delictum , et crimen , quae elegantissimè exposita fuit à Berardo *De Univ. Iur. celestia*. tom. 4. dissert. 1. cap. 1. Delictum , sive peccatum , dicitur quodcumque factum , dictum , vel concupitum contra legem aeternam Dei , sive expressum , sive tacitum : nemo autem non videt non quilibet ita delinquentem statim in iudicium ferri posse , aut poenis , quae legibus publicis stabilitate sunt , puniri: primo namque certum est peccata , quae in opus externum non exierunt , iudiciorum ecclesiasticorum , aut sacerdicularium , objectum neutriquam esse : tunc inter peccatorem , et Deum res manet , qui iustus vindicis est in tempore opportuno : deinde non quaecunque legum divinarum infraactio ita gravis est , ut oporteat eam poenis publicis coerceri : quis enim adeo iustus , ut non plures legum divinarum infractor existat ? atque huc tendit quod aiebat praeclarum Hispanias iubar Isidorus Hispalensis lib. 2. Sentent. cap. 18. Multi vi-

tam

TITULUS III.

235

tam sine criminis habere possunt , sine peccatorum possunt.

Sed longe diverso sensu crimen desumitur ; nam hoc nomine nuncupatur factum externum , quod legibus prohibitum est , poenitentiam damnatum , sive certis , sive ad arbitrio Iudicis pendentibus ; de eoque solùm agitur hoc in loco.

Non omnia crimina eiusdem naturae , et qualitatis sunt : vulgo ita distinguuntur , ut dicatur alia esse , que directo contra Deum committuntur , alia vero contra res Deo sacras : deinde alia singularia Clericis sunt , alia his , et Laicis communia : item quaedam levia , quaedam gravia , iuxta personarum , rerumque qualitatem : tandem alia ordinaria , in quibus scilicet certa poena specialiter praefinita est , alia extraordinaria , in quibus ea penderat ad Iudicis arbitrio.

Simonia , de qua in hoc titulo sermo est , recensetur inter crimina in res Deo sacras admissa . Et quidem latissimum patet eius materia , cuius ut saltem generales regulae facilius percipiuntur , primum tradetur quid sit simonia , eiusque variae species ; deinde quaenam poenae adversus simoniaeos sint stabilitas.

Definitur vulgo simonia studiosa voluntas emendi , vendendique res sacras , aut religiosas , vel sacris , aut religiosis cohaerentes . Quantunvis enim simonia turpitudine in res tantum temporales , aut profanas , non cadat , si tamen annexae inseparabiliter sint spiritualibus , nequit altero vendito aliud inventum remanere . Annexae spiritualibus res dicuntur tripliciter , scilicet antecedenter dum ad spirituales referuntur , concomitante , aut consequente .

Nomen desumpxit crimen hoc à Simone Mago , qui eo temeritatis devenit tempore Apostolorum , ut ab eis Spiritus S. gratiam , quae tunc per signa visibilia apparebat , emerita conatus fuerit .

Triplex turpitudine reperiri vulgo creditur in si-

Gg 2

mo-

- monia: prima in eo consistit quod res spirituales, quarum infinita est aestimatio, temporalibus aequitarentur: secunda in eo est, quod simoniacus credit versari se posse in rebus sacris, sicut in profanis: tandem tertia ex eo desumitur, quod qui spiritualia pro temporalibus tradit, dominum agat spiritualium, quarum solum est dispensator, qui quod gratis accepit, gratis dare tenetur. Hinc provenit quod alia simonia aliae atrocior sit, cum in quibusdam speciebus praedictae omnes turpitudines iaveantur, in aliis una, aut altera.

Apparet ex definitione materiam simoniae non solum in rebus ipsis sacris, aut spiritualibus consistere, verum et in temporalibus, quae eisdem annexae sunt, quales sunt Monastica professio, Praebendae, sepulturæ, ius Patronatus. Et aliae huiusmodi. Quod ad rem, quae pro spirituali traditur attingit, verum est simoniam proprie non adesse nisi spiritualis tradatur pro temporali; coeterum, eti spiritualis pro spirituali detur, turpissima exerceatur mercatura, et ita se quis gerit in spiritualibus quasi forent temporalia; quapropter simoniaca reputatur et haec commutatio, nisi auctoritas legitima interveniat. Accedit quoque quod, dum permутantes rem spiritualem pro alia spirituali fugient Superioris legitimis interventionib[us], præsumenda sit pallia[re] alia simoniaca turpitud[em]; ea autem cum faciliter deprehendi nequeat ob simoniacorum calliditatem, congruum fuit stabilire, permutationes omnes absque legitimis Superioris auctoritate factas censeri debere simoniaca, licet fortæ tales revera non sint. Hinc nonnulli praeter simoniam veram iure naturali, et divino prohibitam, statuant aliam iuri positivi humani tantum, quam aequaliter vocant quasi simoniām, seu simoniām, quatenus prohibitam; quod tamen ego non facile admittiterem, ex eo quod praedictæ pactiones reproben[t]ur tanquam vere simoniace præsumpti-

tive, licet probari earundem vitium nequeat ob variis ita pacientium artes, et calliditates. Sed neque refert rem spiritualem quis adipiscatur media temporali pretio aestimabili, vel obsequium eo animo gerat, aut denique Potentiorum, vel Amicorum commendationibus eam adquirat: et hoc est quod vulgo traditur, triplex nempe esse munus, quod simoniam constituit, à manu scilicet, à lingua, et ab obsequio.

Dividitur simonia in realem, mentalem, et confidentialiem. Realis dicitur quoties spiritualia administrans non aliter hoc munus gerit, quam si temporalia quaedam, minime debita, ipsi praestentur; et hoc vel expresse fit, vel tacite. Mentalis est dum qui spiritualia administrat iure quidem percipit aliquid temporale, interea tamen ea mente, eoque fine, administrat; veluti si ideo concionetur ut stipendia percipiat. Confidentialis appellatur dum aliqui beneficium in eum finem conferunt, ut post tempus aliquod alterius gratia illud resignet, et quidem vel expresse, vel tacite, fide de hoc accepta.

Simoniām omni iure esse reprobatam receptum generaliter est; disputant nihilominus Canonis[ti]e an detur aliqua eius species, que iuri solum eclesiastico aduersetur, ut supra inuimus.

Apprimè agnoscens Ecclesias quam gravia oriuntur mala ex simoniaciis conventionibus, piura singularia admissit in odium simoniacorum, uti apparet in cap. 3. et 7. b. tit. in quibus traditur, quoslibet criminosos admitti in huiusc turpitudinis accusacionem; in quo tamen cautæ se debet gerere iudex, ne innocentes pravorum hominum malitia damnentur, præ oculis habens haec, aliaque huiusmodi, stabiliti debuisse quando haec labes plurimorum animos infecissa visa est, et litterarum, et disciplinae eclesiasticae studia miserè languescebant. Sed et optima foret generaliter illius regulæ abolitione, iuxta quam

quam in gravissimis criminibus testes, vel accusatores illi admittuntur, qui rejiciuntur in minoribus. Quod graviora crimina fuerint, clariiores, certioresque recta ratio exigit probationes; nam gravissimis criminibus gravissimae respondent poenae, ex hisque metienda iniuria est, si innocens quis damnetur. Excluduntur, dum agitur de criminibus non ita atrocibus, nonnulli ab accusando, aut testificando, ex eo quod eorum fides integra non sit, quodque certus per eam reddi nequeat iudex de veritate; vereri ergo potius debet eorum testimonium si quaestio sit de criminis, ob quod imponendae veniant poenae gravissimae.

Cum radix simoniae in avaritia sita sit, mirum quot pallia excogitaverint, et exigent quotidiane homines turpi lucro habientes: his omnibus occurre studit semper Ecclesia, indeque est quod plurimae in dies emanaverint sanctiones, quas videre quis poterit apud illos, quibus consulto rem hanc tractare contigit: ex eis simul discet varias simoniaco-rum artes, et calliditates.

Poenae stabilitae in eos aliae, atque alias sunt pro diversa cuiusque criminis specie. Generaliter asseri potest simoniacos incurrire excommunicationem; eique adiunge suspensionem, si agatur de simonia in collatione, aut receptione Ordinum commissa. In simoniacos confidentiales peculiares praeterea poenas statuerunt Sum. Pontifices Pius IV. et S. Pius V. Propterea dum casus occurrit, consuledae erunt Pontificiae Constitutiones et Conciliares Sanctiones.

TITULUS IV.

Ne Praeclati vices suas, vel Ecclesias sub anno censi concedant.

Hic Titulus pars est, et sequela precedentis. Praescribitur in eo iurisdictionem ecclasiasticam sub anno censu concedi non debere; quod etiam statuit Concilium Trident. in ses. 25. de Reform. cap. 11. Aequè stabilitur de regimine, et administratione Ecclesiarum in cap. 3. b. tit. Aliud est de fructibus Ecclesiarum, aut Beneficiorum, de quibus sermo est in cap. ult. coeterum habenda prae oculis sunt quae diximus in lib. 3. tit. de Locat. et Conduct. de Constitut. Pauli II. et Benedicti XIV.

TITULUS V.

De Magistris, et ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

Praecipitur in hoc Titulo, ut in unaquaque Ecclesia Cathedrali constitutur Magister, qui eiusdem Clericos, et Scholares pauperes, doceat. Deinde iungitur quod Magistro huiusmodi tribuatur competens beneficium, quo sustentari commodè valeat. Prohibetur tandem, ut quidquam exigatur pro licentia docendi, ne quidem praetextu consuetudinis, cap. 2. et 3. His constitutionibus occasionem praebuisse tradit Antonius Augustinus Cancellarius quandam Parisiensem, qui exigere consueverat argenteam unam marcam ab his, qui publicè docere vellent.

Innocentius III. predictae Alexandri III. consti-

tu-

tutioni robur addidit , statuens in cap. 4. ut non solum in Cathedrali , sed in qualibet alia Ecclesia , cuius redditus ferre id onus possent , constitueretur Grammaticae Magister . Voluit quoque , ut in Metropolitanâ Ecclesia stabiliretur Magister Theologiae , assignatis Praebendae alicuius fructibus , quin tamen ideo Canonicus fieret .

Confirmata haec sunt ab Honorio III. in cap. ult. illo insuper addito , quod tam docentes , quam studentes predictâ formâ in Theologica facultate per quinque annos de Apostolice Sedi licentia , integrè percipiunt fructus Praebendarum , et Beneficiorum suorum : id autem confirmavit deinde Sinodus Tridentina , et intelligendum nequè est de illis , qui edocent ius Canonicum , aut Civile ; item de iis , qui huic studiū , ut sacrî canonicis addiscendis sibi viam parent . Coeterum animadvertendum est hoc indulto studentes non frui , nisi litteris vacent cum consensu singulorum Ordinariorum , in quorum Diocesisibus habuerint beneficia ex Constitutione , Sanctissimus Pius IV. edita die 24. Novembris anni 1564. Deinde potandum iusta responsa Congregationis Concilii illud non prodese ius , qui vigesimali quantum aetatis annum attigerunt : sed et curare debent Episcopi , ut eos monet Cardinalis à Petra , ut licentia huiusmodi nonnisi illis indulgeatur , qui bonam spem proficiendi in scientiis praebeant , cum mens Ecclesiae ea sit , ut eisdem instructi ubiores deinceps fructus Ecclesiae ipsi reddant , non ut studendi obtentu divagandi occasio praebeatur . Innocentius XII. in Constitut. Sanctissimum anni 1693. quadam Canonicos , et Beneficiatos Urbis Rome indulxit hoc ita restrinxit , ut trienni spatio tantum , et nonnisi minoribus viginti quinque annis faveret .

Adicere his omnibus iuvat Concilii Viennensis sanctionem , in qua praecepitur , ut in Universitatibus , Salmanticensi , Parisensi , Oxonensi , et Bo-

no-

noniensi , atque ubicunque Romanam Curiam residere contigerit , constituantur cum competenti dote Magistri Linguarum Haebraicarum , Arabicarum , et Chaldearum , Clement. 1. b. tit. Vix necessum est adnotare nullam apud nos vim esse huiusmodi Sedis Apostolicae sanctionibus , utpote de rebus , quae à Regia Potestate unicè pendent .

Relatas superiùs Constitutiones renovavit , et ad certam formam reduxit Tridentina Sinodus in sess. 5. de Ref. cap. 1.

De Iudeis , Saracenis , et eorum servis.

DIRECTE contra Deum peccare illi praecipue dicuntur qui Christi fidem penitus aversantur ; in hoc autem numero recensentur Iudei , Saraceni , Haereticī , Apostatae , et qui praedictis proximè accedunt , Schismatici ; de quibus omnibus nunc agitur , et quidem in praesenti Titulo de Iudeis , et Saracenis .

Notum omnibus est Iudeos eos esse , qui vetus Testamentum adhuc retinent , promissi Messias adventum expectantes . Saracenorum nomine significantur omnes , qui Idolorum superstitioni dediti sunt , et verum Deum ignorant ; qui etiam vocantur Agareni , et Gentiles , quasi ex diversis Gentibus illis coniuncti , qui originem ducebant ab Agar ancilla Sarae , et distinguebantur ab Haebreis , qui denominati sunt ab Heber . Dicuntur idem Pagani à quarto , aut quinto Ecclesiæ saeculo , in quo ejecti ē Civitatibus ab Imperatoribus Christianis , Pagos habitate coacti fuere . Plerisque à saeculo septimo impiæ , absurdâque Mahomae sectâ deceptos videmus .

Ad coercendam Iudeorum petulantiam variae pro diversitate temporum editas sunt leges , tum à Tom. II.

Hh Sum.

Sum. Pontificibus , tum à Principibus Saecularibus . Nonnullae recensentur in hoc Titulo ; plures extant in Corpore Iuris Patrii , in quibus recensendis immorari supervacaneum foret : novae etiam in dies prodeunt in illis Regnis , in quibus , et degere , et Sinagogas habere ipsis licet.

Quo tempore Christianorum acies in ea loca profectae sunt sub nomine Cruciae , in quibus peracta fuere Religionis nostrae sanctissima mysteria , editae fuere plures singulares constitutiones , tum ad excitandos fidelium animos , tum etiam ne quis temerè auxilium impiis impetraret . uti appareat in cap. 6. b. tit. Idem accidit quandiu haec Regna tirannidi Saracenorum jacuere miserè subjecta .

TITULUS VII.

De Haereticis.

Tradit latè Van-Espenius in *part. 3. tit. 4.* quænam requiruntur , ut dicatur quis propriè haereticus , sumptio nomine eo sepsi , quem hodiè præseserit . Dici uno verbo potest eum esse haereticum , qui sciens quidquam adversus fidei dogmata , tenet : nam si ignorans id efficiat , aut de re agatur , quæ nondum ab Ecclesia definita est , non vocatur haereticus . Aliud est de opinionibus haereticis ; nam ut tales iudicentur suffici quod fidei contrariae sint , licet ab Auctore ex ignorantia , et absque illa pertinacia , prolatæ fuerint . Damnantur merito plurimæ opinions , licet directè fidei non adversentur , proindeque non sint propriè haereticæ , ex eo quod haeresim sapient , aut sint male sonantes , scandalosæ , impiaæ , temerariae , injuriosæ , schismatiæ , aut solùm erroneæ ; in his autem omnibus adhibenda accurata distinctio est .

Quamplurimæ statutæ sunt poenæ in haereti-

cos,

TITULUS VII. 243

cos , tum ab Ecclesia , tum à Principibus Saecularibus ; inter quos eluent Catholicæ Reges nostri , quorum egregia solicitude extirpandis haeresibus , amplificandæque Catholicæ Ecclesiae , tum in aliis , tum praesertim in Tribunalis Inquisitionis fidei appetet .

Haeresi valde proximum est illorum crimen , qui in Sacramentali Confessione , aut occasione illius ad turpia solicitant ; nam , utaiebat S.P. Pius IV. in Constitutione edita pro Regnis Hispaniarum die 17. Aprilis , anni 1561. quaque deinceps extensa fuit ad reliqua omnia à S. Pontifice Gregorio XV. inducere in animum quis nequibit , quod , qui de fide catholicæ recte sentiunt , Sacramenta in Ecclesia Dei instituti ita abutantur . Quamplurimæ prodierunt Constitutiones circa formam in eos procedendi , tum etiam circa casus , in quibus manet necessitas eos denunciandi , quæ videri possunt apud Giraldi ad b. titulum .

TITULUS VIII.

De Schismaticis , et ordinatis ab eis.

Schismatici illi sunt , qui ab unitate universalis Ecclesiae , separantur , abjiciuntque à se Romanae Ecclesiae , quæ centrum huius unitatis est , subjectionem ; quod vix unquam ab haeresi sciuncutum est .

Variae sunt species Schismaticorum , aliae alijs damnabiliores ; nam quiddam tantum à Praetato suo separantur ; alii etiam Praelatorum superiorum communionem et potestatem , effugiant , non excepta S. Pontificis iurisdictione ; de eisque propriè in hoc loco sermo est . Tandem quiddam facto tantum ab Ecclesia separantur , alii etiam censem Ecclesiam dividì posse , proindeque haereticæ simul sunt .

Dicitur in *cap. 1. b. tit.* ordinaciones ab Schismaticis factas irritas esse ; quod tamen ad exerci-

Hh 2

tium

244 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

tum referri debet , non ad caracterem , dummodo
debitam servaverint formam , ut diximus in lib. r.
quavis enim Alexander III. in Concilio Lateranensi , ex quo desumptum est hoc caput , ad Antipapas sui temporis reflectens , irritas eas declaraverit , explicuit eius sententiam Innocentius III. in
cap. 2. exercitum tantum ita ordinatis prohibens , donec cum eis legitimè dispensemur ; et expressius deinde Clemens VIII. in Constitutione *Sanctissimus Dominus* , anni 1595. in qua asseruit ordinatus ab Episcopis Schismatis , alias ritè ordinatis , servatā debitā formā , recipere quidem ordinem , sed non executionem . Addidit quoque dispensationem à Se de Apostolica esse obtainendam .

TITULUS IX.

De Apostatis , et reiterantibus baptismis.

Apostasiae nomen quemcumque significat , qui à segni suscepta vitae ratione recedit ; contrahitur verò , ut denotet primo eos , qui catholicam fidem , quam per baptismum amplexati sunt , deserunt , et ad Idolorum cultum , vel impia Mahomae dogmata , aut ad Iudaismum convertuntur ; quorum crimen immanissimum est , cum , ut ait S. Pontifex in cap. 4. b. tit. minus malum sit viam Domini non agnoscere , quam post eam agitant retroire . Secundo dicuntur Apostatas , qui Clericalem , aut Monachalem militiam deserunt post professionem , aut sacerdotum Ordinum suspicionem ; atque de his praecepit agitur in hoc Titulo ; statuturque primò Clericum , qui , habitu suo abjecto , criminosè vivit , privatum censeri privilegiis clericalibus , de quo actum est alibi ; deinde tam eos , quam Monachos , habitum dimissum iterum sumere cogendos : et si
ali-

TITULUS IX.

245

aliquem ordinem in Apostasia suscepient , eti Praeclaro reconciliati sint , eis non licere ministrare absque S. Pontificis dispensatione , cap. 5. et 6. b. tit. quavis in primo sermo sit tantum de Monachis , prout referunt à Gonzaleto .

Gravissimi criminis rei sunt , qui collatum validè baptismum audent iterare , et non parum de haeresi suspecti ; quapropter consultus S. Pontifex in cap. 2. de Acolyto , qui huiusmodi iterationi assistisse dicebatur , respondebat eum ad superiores ordines promoveri non debere , si publicè id notum esset , nisi prius profiteretur Religionem ; sin autem factum esset occultum , promoveri posse post peractam poenitentiam .

Animadverit rectè Giraldi ad hunc titulum eum , qui baptismum validè collatum iterat , sentiens esse reiterandum , incidere in poenam à Sinodo Tridentina stabilimat in canone 9. sess. 7. de Baptismo his verbis : *Si quis diserit verè , et ritè collatum baptismum iterandum esse illi , qui apud Insidieles fidem Christi negaverit , cum ad poenitentiam convertitur , anathema sit : practereaque vehementer esse suspectum de haeresi Novatianorum , et Anabaptistarum .*

TITULUS X.

De His , qui filios occiderunt.

Alexander III. in cap. 1. b. tit. vult , ut mulier , quae proprium filium , calore iracundiae correpta , occiderat , Monasterium ingredi suadeatur : si verò periculum incontinentia adsit , mandat Episcopo , ut ei licentiam tribuat nubendi : coeterum Lucius III. in cap. 2. agens de muliere , quae idem crimen admisserat , viro eam restituì praecepit , neque prohibeti reliquo filios gubernare peracta poenitentia .

Apud

Apud nos minimè evaderet iustissimam legum clivium vindictam. In cap. ult. de illorum parentum imprudentia sermo est, qui cum infantibus in eodem recumbunt lecto, quod patet quot periculis sit obnoxium; etisque imponitur poenitentia, si occisi in lecto puerili iaveniantur.

Sixtus V. in Constitutione *Aesernatam* graves in eos imposuit poenas, qui directè, aut indirectè, foetus abortum procurant. Moderatae quadrantes deinde fuere à Gregorio XIV. in Constitut. *Sedes Apostolice*. Lure Regio foetus animati abortum procurantes capite plecti iubentur, leg. 8. tit. 8. Part. 7. sequito minime effectu; si vero inanimatus adhuc foret, exilio damnantur.

TITULUS XL

De Infantibus et languidis expositis.

Si parentes, aut alii, eis scientibus, atque consentientibus, filios suos exponant, liberati hoc ipso remanent à patria potestate; non tamen propterea vindicare sibi aliquod ius poterunt qui eos receperunt, et nutrirerunt, iuxta cap. un. b. tit.

Dubitari quotidie contingit an, et quomodo conferendas sit eis baptismus, præcipue si cum appensa reperiantur schedula, in qua asseratur, eos esse baptizatos; nihilominus baptizari eos debere sub conditione, nisi alia probatio adsit, probat Giraldi adductis constitutione Concilii Tolosani ann. 1590. et praxi S. Caroli Boromei cum responsione Congregationis Cardinalium anni 1723. Idem statuitur in Constitutionibus Sinodalibus Diocesis Toletanae anno 1682. editis.

TITULUS XII.

De Homicidio voluntario, vel casuali.

Gravissimum homicidii crimen, de quo in hoc Tit. considerari potest quatenus statutae poenae sunt in homicidas, tam legibus, quam canonibus, vel quatenus inducit irregularitatem etiam in his adfunctis, in quibus iniustum foret poenis homicidas coercere. Distinguendum ergo est inter homicidii species, nam aut voluntarium dicitur, aut necessarium, aut casuale.

Adeò atrox reputatur illius crimen, qui de industria, et per insidias, proximum suum occedit, ut etiam iure Asyli indignus omnino indicetur; quod non tantum legibus civilibus, et canonico statutum est, sed et cautum à Deo erat in lege veteri, ut patet in cap. 1. b. tit. in quo haec verba leguntur ex cap. 21. vers. 14. Exodi transcripta: *Si quis per industriam occidit proximum suum, et per insidias ab altari meo evelles cum, ut moriar. Mortale quoque damnatur, qui, licet non insidiösè, voluntarie tamen, et iniuste, hominem interficit. Sicut quoque criminis, et qui quoquo modo adiutorium, aut consilium praebuerunt, puniuntur iuxta criminis qualitatem, et adjuncta. Si vero vim vi repellere coactus quis occidat, quo casu necessarium dicitur homicidium, aut si causa mors sequuta fuerit, locus non erit vindictae legum, nisi aut moderamen inculpatae tutelae excesserit qui proprias defensioni erat intentus, aut casum culpa præcesserit; tunc enim extra ordinem puniatur. Hinc est quod traditor in cap. 3. b. tit. ex D. Augustino, scilicet non imputari homicidium illi, qui forem nocturnum interficeret, cum timere debeat non furandi modis, sed et necandi animo, dominum suum ab eo perfidis aliud*

aliud vero esse si orto iam sole furem viderit. Sed et in hac specie rectius ex facti adjunctis res aestimabitur, cum contingere possit, ut mortem evadere quis valeat absque furis nocturni interfectione, nequeat vero, nisi diurnum occidat. Et haec quidem generales regulas sunt, si agatur de poena homicidae imponenda; alia autem principia statuenda sunt dum queritur incurrit necne irregularitatem.

Diximus in lib. 1. non quibuscumque indiscriminatum patere aditum ad Ordines, sed plurimos excludi, sive ob admissum crimen, sive ob defec-
tum, qui, licet ipsis imputari non valeat, efficit tam
enim quod arceri ob Ordinibus debant, ut decori
Sacramentorum consulatur. Quicunque impedimento
huiusmodi laborant, vocantur irregulares; quod
nomen non ita antiquum est: res vero significata
provenit a tempore ipso Apostolorum, ut pater ex
Epistolis Pauli ad Thessalonensem, et Titum. Irregulari-
tas ergo duplex est, alia ex crimen, alia ex de-
fectu: item quandoque consideratur ut poena, quando
nempe a crimen venit, quandoque ut impedi-
mentum tantum. Omnes fere irregularitatis species,
quae a defectu procedunt, recenseri debuerunt in
lib. 1. quae autem ex crimen veniunt hinc passim
occurront; et primò quidem quae ex homicidio.

- Ex duplice capite ex oriri potest, ex crimen ni-
mirum, aut defectu. Ex crimen irregulares sunt
qui homicidium quoquo modo voluntarium directe,
vel indirecte, admisserunt: deinde qui casu occide-
runt, sed minime adhibita debita diligentia ad vi-
tandam necem: tandem qui occiderunt casu, et
absque culpa: sed dantes opaeram rei illicitae. Iti,
quibus nihil horum objici valet, sunt irregulares ex
defectu, scilicet lenitatis; veluti qui iuste senten-
tiā dixerunt in causa capitali, aut eam, deponen-
do, vel alia ratione, adjuverunt. Dubium fuit an

Cle-

Clericus, qui Reum in Iudicio civiliter prosequitus est, fiat irregularis, si damnatus ille criminaliter fuerit a Judice: et quidem eum non esse irregulariter traditur in cap. 21. b. tit. sicuti nec illum censeri debere irregulariter prescribit Bonifacius VIII. in cap. 2. b. tit. in 6. qui conqueritur apud Iu-
dicem de admisso in se criminis, ob quod infligen-
da vent poena sanguinis, dummodo protestetur ex-
pressè se ad vindictam sanguinis non intendere.

Et quidem haec sunt in ista specie quae in Corpo-
re Iuris inveniuntur regulæ; verum forsitan non im-
merito solidiora desiderant principia qui rem ac-
curate perpendat. Qui sententiam in capitali causa
iustè fert, exercet potestatem a Deo ipso venien-
tem, atque saluti publicae, quae suprema lex est, ut
oportet, consulti: qui autem depovent, aut alter
Iudicem iuvant, obedient potestati, cui resistere
foret nefas: in iis vero adiunctis non faciliè adduci
possunt ut credam, notam irregularitatis iustè
inuri: licet enim dicatur ex defectu non ex crimi-
ne eo case provenire, proindeque neque poenam
censeri; nota tamen est, et poenae effectus haberet.
Deinde, si in eo, qui apud Iudicem congu-
ritur de crimen, ob quod imponenda venit poena ca-
pitalis, sufficit ex Bonifacio VIII. ad evadendam ir-
regularitatem protestatio actui contraria, quae cen-
seri deberet nulla, licet nulla eum cogat necessitas
accusandi; quidam potiori ratione dici posset Iudi-
cem, aut testem, quibus necessitas manet ita iu-
dicandi, aut testificandi, quicque opus bonum in eo,
opusque virtutis operantur, irregularitate liberari.
Hanc sententiam amplexata videatur Congregatio Car-
dinum in quoddam responso, quod refertur a
Giraldi; consulta enim anno 1661. ab Episcopo
Liciensi an exhibere posset absque irregularitatis metu
librum baptizatorum, ex quo constabat maiorem na-
tu esse iuvenem de criminibus gravissimis accusatum,

Tom. II.

ii

optime.

qui,

250 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

qui, cum aliter poenam capituli nequirit evadere, excepserat se in minori aetate constitutum. Advocato Fisci id negante, atque ad elendendam hanc exceptionem librum sibi exhiberi petente; respondit eo casu per exhibitionem libri baptizatorum non contrahiri irregularitatem: ex eo haud dubie quod pracepto Iudicis parere Episcopus teneretur.

Aⁿ.
TITULUS XIII.

De Torneamentis.

Interdicitur in hoc Titulo usus Torneamentorum, statuiturque eos, qui in huiusmodi ludiis decedunt, privandos esse Ecclesiastica sepultura, quavis peccatis deneganda non sit poenitentia (1).

Torneamentis valde affines sunt Taurorum agitationes, quae in his Regnis frquentantur, quaeque prohibitiae fuerunt a S. Pio V. in Constitutione de Salute, anni 1567. sub gravissima anathematis poena ipso facto incurrienda, tam a Principibus, coeterisque, qui eas in suis Ditionibus permisserint, quam a Clericis Regularibus, et Saecularibus, qui agitationibus iniusmodi interfluuerint. Verum Gregorius XIII. et Clemens VIII. in Constitutionibus editis die 25. Augusti anni 1575. et 13. Januarii anni 1596. ita temperarunt praeformatam S. Pii V. ut anathematis, aliaeque poenae in ea stabilitate, solim substantiant in his Regnis quoad Monachos, Fratres Mendicantes, coeterosque cuiuscunq; Ordinis et instituti Regulares. Coeterum vult Clemens VIII. ut Taurorum istae agitationes fetsis diebus non fiant, et ut per eos, ad quos spectat, provideatur, ne in-

(1) Torneamenta ludi sunt, in quibus ex condicto ad ostensionem virium, et audacie, invicem quilibet armis #gredinuntur.

TITULUS XIII.

251

inde alicuius mors, quoad fieri poterit, sequatur. Clericos vero saeculares beneficia ecclesiastica obtinentes, et in sacris Ordinibus seu in ecclesiastica dignitate constitutos, hortatur in Domino, et monet, ne paterna ista Sedis Apostolicae benignitate abutantur, sed memores munoris, et vocationis suae, eam utriusque rationem habeant, ut nihil quod a propria dignitate, et a sua, coeterorumque salute alienum existimetur, ullo unquam loco admisisse ar-// guantur.

Nota lapsum Giraldi ad hunc Titulum, dum praedictam Constitutionem tribuit Sum. Pontifici Clementi VII. ni potius dicere velis praeli mendum.

TITULUS XIV.

De Clericis pugnantibus in Duello.

Statur in hoc Titulo Clericum in Duello ingressum esse deponendum, sive obuterit, sive acceptaverit Duellum: conceditur autem Episcopo dispensandi cum eo potestas, dummodo mors, aut mutilatio sequuta inde non fuerit. Deinde traditur irregulari fieri Clericum, non tantum si ipse in Duello pugnans aliquem occiderit, verum etiam si pugil, aut campio eius nomine pugnans id efficerit; quod ad medium temporis consuetudines referendum est, de quibus inferius.

Gravissime statuae sunt poenae adversus pugnantes in Duello, vel ad illud provocantes, licet sequita pugna non fuerit; item contra eorum patrinos, socios, aliquos fautores, tam legibus ecclesiasticis, quam saecularibus; et non tantum si Duellum solemne, et formatum fuerit, de quo loquuta videtur Tridentina Sinodus in sess. 25. de Ref. cap. 19. sed etiam si privatum. Videpdae sunt Constitutiones

252 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

Gregorii XIII. Clementis VIII. Benedicti XIII. et XIV. in quibus recensendis integrè ne nimium immoremur, referre tantum iuvat verba Concilii Tridentini praedicto loco, quod, postquam ait, detestabilem Duellorum usum fabricante diabolo introductum, ut cruenta corporum morte animarum etiam permiscient lucretur, vult, ut, qui pugnam commiserint, et qui eorum patrioi vocantur, excommunicationis, ac omnia suorum bonorum proscriptionis, et perpetuas infamias, poenam incurvant, et ut homicidae iuxta sacros canones puniri debeant, perpetuæque careant ecclesiastica sepultura, si in ipso confliuctu decesserint. Deinde illos, qui consilium in causa Duelli, tam in iure, quam facto, dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam suaserint, nec non expectatores, excommunicatione, ac perpetua maledictione, damnat, non obstante quocunque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.

Gregorius XIII. in Constitutione *Ad tollendum* extendit praedictas poenas ad Duellum privatum, quod initur ex conductio, statuto solum loco, et tempore, absque patriis, sociis, securitate loci, et provocatoria chartulis.

Clemens VIII. in Constitutione *Illi vices* locum eas habere voluit in omni privato certamine, et in omni provocatione, et cooperatione attentata, etiam non sequita pugna, neque accessu ad locum, aique in cooperatione circa chartulas, vel disfidae, nuntia, licet provocaciones intimatae adversario, non fuerint, si per ipsos cooperantes id non steterit. Declaravit insuper excommunicationem, quam hi omnes incurvant, esse Papae reservatam, et locum certaminis incurgere eo ipso interdictum Papae reservatum.

Tandem Benedictus XIV. in Constitutione *Detestabilem* proscriptis sequentes propositiones. I. Vir

TITULUS XIV.

253

Militaris, qui nisi offerat, vel acceptet Duellum, tanquam formidolosus, timidus, et abjectus, atque ad officia militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo se, suosque sustentat, privaretur, vel promotionis alias sibi debitas, ac promeritas spe perpetuo carere deberet, culpa, et poena vacaret, sive offerat, sive acceptet Duellum. II. Excusari etiam possunt honoris tuendi, vel humanae vilipensionis vitandas gratia, Duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt, pugnam non esse sequituram, utpote ab aliis impedientiam. III. Non incurrit ecclesiasticas poenas ab Ecclesia contra duelantes latas Dux, vel Officialis militiae, acceptans Duellum ex gravi metu amissionis famae, et offici. IV. Licitum est in statu hominis naturali acceptare, et offerre Duellum ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio carum jactura propagari nequit. V. Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui Civitatis male ordinatae, in qua nimirus, vel negligenter, vel malitia Magistratus, iniustia aperte denegatur.

Poena capitis inflicta est a Rege nostro in duelantes,

TITULUS XV.

De Sagittariis.

Prohibet Innocentius III. in cap. un. b. tit. sagittarum, et balistarum usum adversus Christianos, et Catholicos, sub anathematis poena. Hodie haec arma in usu non sunt, et parum interest quibus cum pugnetur, etiam contra Catholicos, dummodo iustae sint bellii causae, quod conscientiae Principum, non Sedis Apostolicae arbitrio relinquitur. Sanè iure Gentium inhonestus etiam in bello iusto habetur quo runderam armorum usus.

Ti-

252 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

Gregorii XIII. Clementis VIII. Benedicti XIII. et XIV. in quibus recensendis integrè ne nimium immoremur, referre tantum iuvat verba Concilii Tridentini praedicto loco, quod, postquam ait, detestabilem Duellorum usum fabricante diabolo introductum, ut cruenta corporum morte animarum etiam permiscient lucretur, vult, ut, qui pugnam commiserint, et qui eorum patrioi vocantur, excommunicationis, ac omnia suorum bonorum proscriptionis, et perpetuas infamias, poenam incurvant, et ut homicidae iuxta sacros canones puniri debeant, perpetuæque careant ecclesiastica sepultura, si in ipso confliuctu decesserint. Deinde illos, qui consilium in causa Duelli, tam in iure, quam facto, dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam suaserint, nec non expectatores, excommunicatione, ac perpetua maledictione, damnat, non obstante quocunque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.

Gregorius XIII. in Constitutione *Ad tollendum* extendit praedictas poenas ad Duellum privatum, quod initur ex conductio, statuto solum loco, et tempore, absque patriis, sociis, securitate loci, et provocatoria chartulis.

Clemens VIII. in Constitutione *Illi vices* locum eas habere voluit in omni privato certamine, et in omni provocatione, et cooperatione attentata, etiam non sequita pugna, neque accessu ad locum, aique in cooperatione circa chartulas, vel disfidae, nuntia, licet provocaciones intimatae adversario, non fuerint, si per ipsos cooperantes id non steterit. Declaravit insuper excommunicationem, quam hi omnes incurvant, esse Papae reservatam, et locum certaminis incurgere eo ipso interdictum Papae reservatum.

Tandem Benedictus XIV. in Constitutione *Detestabilem* proscriptis sequentes propositiones. I. Vir

TITULUS XIV.

253

Militaris, qui nisi offerat, vel acceptet Duellum, tanquam formidolosus, timidus, et abjectus, atque ad officia militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo se, suosque sustentat, privaretur, vel promotionis alias sibi debitas, ac promeritas spe perpetuo carere deberet, culpa, et poena vacaret, sive offerat, sive acceptet Duellum. II. Excusari etiam possunt honoris tuendi, vel humanae vilipensionis vitandas gratia, Duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt, pugnam non esse sequituram, utpote ab aliis impedientiam. III. Non incurrit ecclesiasticas poenas ab Ecclesia contra duelantes latas Dux, vel Officialis militiae, acceptans Duellum ex gravi metu amissionis famae, et offici. IV. Licitum est in statu hominis naturali acceptare, et offerre Duellum ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio carum jactura propagari nequit. V. Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui Civitatis male ordinatae, in qua nimirus, vel negligenter, vel malitia Magistratus, iniustia aperte denegatur.

Poena capitis inflicta est a Rege nostro in duelantes,

TITULUS XV.

De Sagittariis.

Prohibet Innocentius III. in cap. un. b. tit. sagittarum, et balistarum usum adversus Christianos, et Catholicos, sub anathematis poena. Hodie haec arma in usu non sunt, et parum interest quibus cum pugnetur, etiam contra Catholicos, dummodo iustae sint bellii causae, quod conscientiae Principum, non Sedis Apostolicae arbitrio relinquitur. Sanè iure Gentium in honestus etiam in bello iusto habetur quo rudent armorum usus.

Ti-

TITULUS XVI.

De Adulteriis, et Stupro.

Licet stupro nonnullis legibus gravior poena inuratur, ea tamen in usu est, quae exponitur in cap. 2. b. tit. ut nimirum stupratis ducere stupratam tenetur, aut dotare, prolemque, si suspecta fuerit, alere, quo casu stupratam non ducat. Haec tamen tunc locum habent, cum simplex stuprum committitur; si enim vis interveniat, puellam nondum viri potenter quis violet, tutor pupillam corrumpat, aut Commentariensis eam, quae in carcere detinetur; locus in his adiunctis fit gravissimis poenis, quae legibus Patris infliguntur.

Confunduntur saepè voces stuprum, et adulterium; coeterum illud propriè committitur cum virgine, extensumque deinceps etiam est ad copulam cum vidua, quae honestè vivit. Adulterium ut committi dicatur, requiritur, ut altera pars saltem sit coniugata; dicique potest triplex, nimirum dum coconjunctus vir copulatur cum libera, aut liber cum coniugata, aut denique cum ambo sunt coniugati, quo casu gravissimum omnium committitur utrinque crimen.

Quam atrox, immaneaque, sit adulterii crimen etiam Gentiles omnes agnoverè; et non obscurè colligitur ex poenarum, quae à legibus omnibus, tam humanis, quam divinis, impontuntur, gravitate; præcipue autem Levitic cap. 20. vers. 10. et Deuteronomii cap. 22. v. 22. in quorum primo haec habentur: *Simochabas quis fuerit cum uxore alterius, et adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte II moriantur et moebus, et adultera: in secundo vero Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur,*

TITULUS XVI. 255
tur, id est, adulteri: et adultera; et auferes malum de Israel.

Accusatio de adulterio præcipue marito relinquitur; si tamen invicem uxor viro idem crimen objicit, et probet, ait S. Pontifex in cap. ult. b. tit. paria delicta mutua compensatione deleri. Forsam non facilè hanc regulam admittet quicunque consideret quantum gravius delinqnat uxor infidelis thoro, quoque enormia oriri queant damna ex crimen ab eo per perpetrato.

Posterioribus legibus moderamen additum est posnis, quibus olim apud nos adulteri plectebantur.

TITULUS XVII.

De Raptoribus, Incendiariis, et Violatoribus Ecclesiarum.

Raptori puellarum quandoque gravissime puniti sunt, quandoque mitius cum eis actum est. Romanis legibus vix illa in eos statuta inventur poena; quod probabilitè tribui potest raptui Sabinarum in ipsis Urbis incunabulis admissio: verum aliter sese res habuit sub Christianis Imperatoribus; nam Iustinianus poenam capitii Raptoribus imponi voluit, denegata Raptis intercedendi pro eis facultate, etiam si assicerent se liberè consensisse. Hanc disciplinam sequenti fuere Ecclesiae Patres temporibus Iustiniani, et etiam posterioribus; unde nusquam consistere posse matrimonium censebant inter Raptorem, et Raptam: cum verò aliud in antiquioribus Ecclesiasticis monumentis inventretur, praesertim apud Hieronimum, tradi coepit valere inter eos matrimonium, si Rapa extra potestatem Raptoris constituta consensisset. Haec disciplina traditur in cap. ult. b. tit. licet non satis dissidente explicetur, et confirmata deinde fuit à Sinodo Tridentina in sess. 24. de Reformat. cap.

256 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

cap. 6. Nostris legibus poena raptus pendet ab adiunctis , aggravaturque iuxta ea usque ad mortem.

Violatores Eclesiarum gravissimis puniuntur poenitentia iuxta leges Patrias , ut videtur est in *Nov. Recop.* lib. 1. tit. 2. et 3. In cap. 2. b. tit. privantur Ecclesiastica sepultura , nisi restituerint , aut de restituendo caverint ; cui poenae adiungenda est excommunicationis imposita a Clemente III. in cap. 22. de *Sententia excommunicationis*.

In Concilio Lateran. sub Alexandro III. excommunicatione damnantur qui Christianos navigantes bonis suis spoliant , sicuti et illi , qui afflitis afflictionem addentes , bona admittunt naufragium passis , quibus iniquum foret auxilium non impertiri , licet in Religione nobiscum minimè consentiant . Quantum nefas hoc semper visum fuerit sat ostendit lex Rhodia.

TITULUS XVIII.

De Furtis.

Iu lega veteri mortis poena imponebatur ei , qui hominem furaretur , et venderet , uti refertur in cap. 1. b. tit. ex cap. 21. Exodi , vers. 16. in quo haec verba leguntur : *Qui furatus fuerit hominem , et vendidiciter eum , convictus noxae , morte moriatur.* Verum non recte quis ex eo deduceret hanc iudicialem antiqui Testamenti legem receptam ita ab Ecclesia esse , ut Iudices Ecclesiastici devenire hoc casu , aut in alio , possint ad poenam capitis infligendam : refertur quidem praedicto loco sacrae pagina littera , ut appareat hucus criminis gravitas , quea poena mortis ab his solum puniri poterit , quibus peculiare est membrum noxiuū à Societatis corpore eradicare . Principibus scilicet Saecularibus : nam hoc ius neque potest , neque volunt usquam sibi desumere Ecclesia ; immo le-

N^a

di-

TITULUS XVIII.

257

nitatem , et mansuetudinem semper praeservet exemplo Magistri sui edocita , et à sanguinis effusione abhorret.

In cap. 2. continetur decretum Concilii Triburienensis sub finem saeculi noni , quo cavetur , ne orationes fiant pro furibus in ipsa criminis perpetratione occisis , cum praesumendum sit eos impoenitentes decessisse , nisi comprehensi , aut vulnerati , confessi sint . Coeterum non levem ingerit difficultatem quod de Presbitero , et Diacono ibidem praedicatur in illis verbis *Presbitero , aut Diacono confessi fuerint* : nam notum est Diaconum nusquam esse posse Sacramenti Poenitentiae Ministrum . Quibusdam placuit haec verba intelligere non de Confessione Sacramentali , sed , reconciliatione Pœnitentium , quae coram Diacono fieri poterat . Si sacerdos deficeret : iuxta alios nulla remanente potest difficultas , cum in exemplaribus integris praedicti Concilii legatur : *Presbitero , vel Dico : Videas Bergardum ad Decretum Gratiani tom. 1. part. 1. cap 59.*

Non immoror in exponendo furtum quotpliciter considerari possit dum dicitur contractatio rei alienae invito Domino , quoniam sint eius species , et quibus poenis puniuntur fures pro diversis cuiusque causis adjunctis , illud addam ad expositionem *capitis 3. b. tit.* in extrema necessitate licitum esse res alienas , sive claram , sive palam desumere : licet enim furtum sit actio intrinsecè mala , attamen accepitio rei alienae eo casu furtum non est , neque includi potuit in prohibitione generali ; ut accidit in eo , qui occidit ad sui defensionem . Hinc est , quod in praedicto capite imponatur poena levissima , et non nisi ad cautelam .

TITULUS XIX.

De Usuris.

Nemo est qui nesciat quam late pateat usurrum materia, quoque difficultatibus, et involucris, sit referta; cum eisdem inservientes in id semper intenderint, ut palliis quibusdam vitium suum obtegerent, remque universam obumbrarent; quod non tantum inter Christianos, sed et apud Gentiles accidisse docent nos Historici. Consuluntur Romanae Republicae leges; apparebit nulla de re ferrari debuisse, aut plures, aut frequenter; nam, ut ait Tacitus *Annal.* 6. 16. *fraudes toties represae miras per artes rursum oriebantur.* Hinc provenit quod passim conventiones occurrant, quibus difficile admodum est dijudicare insit necne usura; quas in disputationem revocare et longum foret, et supervacaneum, postquam praestantissimi tot Viri hac de re tractaverint; eorum vero dicta transcribere, longamque ex eis tractionem contexere, mensaverserunt. Exponere ergo generales regulas contentus ero, eaque simul, quae pertinere videbuntur ad capitum, quae in Titulo prostant, intelligentiam.

Usura non omnes pariter definire consueverunt; quod procedit ex diversa eiusdem acceptione. D. Covarrubias *lib. 2. Variar. Resolut. cap. 1.* eos reprehendit, qui dixerunt usuram esse quod accedit sorti principalis; quod etiam contingit Berardo; quasi isti non crimen usurarium definiant, sed rem, quae per illud quaeritur. Ne quem ista turbent notandum est; usuram tripliciter sumi posse: primo pro ipso crimine, atque definiri potest voluntas capiendo aliquid ultra sortem sola ratione temporis: sive etiam tantum voluntas haec sit,

si.

TITULUS XIX.

259

sive etiam exterior; sunt enim et usurarii mentales: secundo sumitur pro ipso contractu usurario, dicique valet *conventio expressa, aut tacita, vel implicita, qua spondetur, aut speratur aliquid ultra sortem sola ratione temporis:* denique accipitur ut significet lucrum usurarium, eoque sensu eam definiuit Berardus *accessionem sortis debitae sola temporis ratione.*

Receptum ab omnibus fere fuit usuram tantum provenire ex mutuo, quod et in suis definitiobibus expresserunt: cum vero viderent etiam in aliis contractibus, immo et in ultimarum voluntatum executione, usuram saepe inveniri, fixerunt in talibus speciebus mutum quoddam. Exemplum esto: si emptor aliquid solvat venditori ultra rei venditae pretium ob dilatam solutionem, fingunt solutum illud fuisse ab emptore, deinde vero eidem a venditore traditum titulo mutui: attamen Berardus *Tom. 4. de Univ. iur. Ecclesiast. dissert. 5. part. 1. cap. 4.* contendit usuram non solum in mutuo, sed et in quibuslibet aliis actibus, et negotiis locum habere; hancque sententiam non tantum simpliciorem esse, sed et iuri rationi magis conformatem.

Usura, ut ex definitione patet, tunc committitur, cum aliquid ultra sortem datur sola ratione temporis; unde cessat si alia iuxta causa adsit, veluti damni emergentes, aut lucri cessantis, vel si quid ultra sortem solvi debeat in poenam negligentiæ, aut malitia^{Nota.}; ut accidit quoties statutum est quod criminis aliquius rei duplum, aut quadruplum, reddere compellantur. Hinc receptum est, cum, qui naviganti, aut eunti in nudinas mutuam pecuniam, aut merces praestat, suscipiens in se periculum, eaque ratione aliquid sibi ultra sortem tribui paciscitur, non esse usurarium: quod sane contrarium videtur decisioni *cap. ult. b. tit.* nisi congrua interpretatio adhibeatur.

Kk 2

Quid-

260 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

Quiddam censent addendam esse negationem, legendumque usurarius non est censendum, ut sic prior decisio posterioribus conveniat; quod sane arguere videntur verba illa, quae sequuntur: *ille quoque*. Alii vero existimant de casu ibi agi, in quo mutuans coegerit mutuariatum periculum in ipso relinquere, nulla illi optione data. Tandem Berardus aliter literat illius textus emendat, ductus fide cuiusdam Manuscripti.

Eadem ratione nititur quod traditur in cap. *pradiecto*, et in 6. b. tit. non committit usuram ab eo, qui res plurius iusto pretio vendit ob dilatam solutionem, dummodo certum sit venditorem easdem venditurum non suisse usque in illud tempus, in quo dilata solutio fuit, cum dubium sit plus, minus tunc forent valitutare.

Sic etiam statuit in cap. 16. non esse usurarium generum, qui non computaverit in sortem principalem, fructus rei opignoratae, in securitatem promissae dotti: verum non negaverim defendi etiam posse hanc perceptionem ex eo, quod incurri videatur gerer eos fructus ex voluntate illius, qui dotem promisit: coeterum plures hoc admittere potest exceptions. Haec, et plura alia similia, late persequitur D. Covarrubias loco citato.

Prohibite usurae omni iure sunt, varisque poenis plectuntur usurarii, tam iure Canonico, quam Civili, ut videtur est in cap. 3. 5. 9. 12. b. tit. et 4. in 6. atque in *Nov. Recop. lib. 8. tit. 6.*

TITULUS XX.

De Crimine falsi.

Falsarii illi propriè dicuntur, qui falsum diploma, aut sigillum conficiant, quique conficiant à se, vel ab alio litteris dolo male utiuntur: item falsam mo-

TITULUS XX. 261

netam percipientes, et qui falsa instrumenta signant, aut conficiunt. Idem crimen committere dicuntur, falsi testes: tandem ad plures alios extenditur hoc crimen ex interpretatione, adstante nimis lege, qua statutum sit, ut tales pro falsariis habeantur.

Gravissimè illi in primis delinqunt, qui Principis, sive Saecularis, sive Ecclesiastici litteras fingunt; quibus ea infligunt poena in cap. 3. b. tit. si Clerici sint, ut ipsis post depositionem inuratur nota, qua dignoscantur, et deinde in exilium mittantur: verum haec characteris impressio non observatur. Innocentius III. in cap. 7. excommunicationis poena illos damnat, qui litteras Apostolicas confixerint; si vero Clerici sint, tradi eos iubet potestati saeculari, officiis, atque beneficiis, privatos, et degradatos.

Qui falsam monetam percutiunt, aut veram, raddendo, vel aliter, deturpant, morte apud nos plectuntur, eorumque cadavera cremantur.

Notare hic oportet eos, qui litteras Principis falsificant, non esse confundendos cum illis, qui subreptiti, aut obreptiti, eas assequuntur: utroque autem casu is, cui earum executio committitur, suspendere eam debet, ut statutur in cap. 2. b. tit. et diximus in lib. 1. tit. de Rescriptis.

TITULUS XXL

De Sortilegiis.

Licit innania prorsus illorum studia sint, qui divinationibus, praestigiisque, futura praetoscere contendunt, aut doemonum ope potestatem in creaturas habere se posse arbitrantur, vel saltem fingunt; mirum tamen quantum Reipublicae quietem turbent, quotque committantur crimina sub huicmodi speciebus; ut nihil dicam de idolatriæ imagine, quae eisdem saepissimè involvitur: merito ergo et Ecclesiae

262 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

siae Patres , et Principes Saeculares, totis in id semper viribus incubuerunt, ut eradicarent hanc pestem pernicioissimam. Quid ad poenas attinet nunc graviores, nunc mitiores inflixerunt, ut patet ex cap. 2. b. tit. can. 1. 4. 6. 7. et alii in cap. 26. q. 5. atque in lib. 8. tit. 3. *Nov. Recop.*

Notae in hanc rem sunt Constitutiones Sixti V. Urbani VIII. Gregorii XIII. et Benedicti XIV. in quibus recensendis non immorabor, cum persussum minime sit, tunc rariores fore vanarum omnium artium amatorum, cum despici potius, nihilique eos, utpote dementes, haberi viderint

TITULUS XXII.

De Collusione detegenda.

Interposita semel accusatione, inquirere Index ex officio valer, licet accusator desistat, atque in accusati gratiam revocetur cap. 1. et 2. b. tit. Potest aequè denuo inquisitionem facere, si vereatur criminiosum cum testimonibus, et Commissariis, ad priorem inquisitionem missis collusisse, cap. 4. Alexander III. in cap. 3. eos persecutur, qui in beneficiis colludebant, ut ficta inter eos controversia, possessore beneficij cederet in alterius favorem reservata sibi parte fructum per viam transactionis: quaque cedens beneficio idoneus interim reddebat, aliis vero consequebatur reliquos fructus.

TITULUS XXIII.

De delictis Puerorum.

La criminum coercitione attendandam esse aetatem omnes norunt; nam impuberes mitius puniendi, quam puberes: sed et in iis, qui pubertatem egressi

TITULUS XXXIII.

egressi sunt, moderanda venit poena, praesertim si decimo octavo anno minores sint.

TITULUS XXIV.

De Clerico venatore.

Prohibetur in hoc tit. Clericis venatio; quod quidam solùm intelligent de clamorosa, ut et cap. 12. sess. 24. de Reform. in Trident. Sanè negari nequit Clericis illa omnia interdicci, quae aut eos minus decent, aut à suscepti minoris functione avertunt: interea autem non esse audieados videtur illos, qui hodiernae venationi accomodant plures antiquos canones, in quibus de alia specie longe diversa sermo est; de quibusdam nimirum superstitionis Etnicorum ludis, qui dicebantur venationes, ut latè ostendit Berardus de Univers. iur. Ecclesiast., tom. 4. part. 1. Dissert. 4. cap. 2. Cum autem rigor nonnullarum posteriorum Constitutionum Ecclesiasticarum in Clericos venatores ex illo errore emanaverit, temperandus foret ab Episcopis in Sanctionibus Sinodalibus, ne facilis praebeatur delinquendi occasio. Sanè negari non potest antiquissimos inventi canones, venationem propriè, et ut hodie accipiuntur, sumptam prohibentes.

TITULUS XXV.

De Clerico percussore.

Alienum est à suavitate, quae Ecclesiae Ministros credit, quod percussores sint, aut eas fidelibus inventant poenas, quae solùm congruant iudicibus Saecularibus. Ecclesiasticis creditum est spirituum regimen; Saecularibus vero convenit coercitio corporalis, quoties Reipublicae salus eam exigit.

TI-

TITULUS XXVI

De Maledicis.

Non unius generis est Maledicorum crimen, sed modò gravius, modò levius, pro diversis, quae ad-
sunt, qualitatibus: nam in primis vel directò in
Deum maledicuntur, aut in Deiparam Virginem, aut
Sanctos convictum fit, vel in Eclesiam, res sacras,
aut divina Religionis mysteria, vel tandem adversus
Iudices, aut Ministros, sive Ecclesiasticos, sive Sae-
culares. Deinde aut simpliciter blasphemus quis est
in Deum, aut Sanetos, aut blasphemiam committit
haereticalem. Tandem blasfemia in eo consistere
potest, quod Deo id tributatur, quod ipsius non est;
aut quia denegatur Deo, quod Dei est, aut tributat-
ur creature quod Dei est; vel denique propterea
quod de facto, aut ore impio, convictum, aut con-
tumelia, in Deum, aut Sanctos committitur.

In lege veteri plectebantur blasfemi poena ca-
pituli, ut constat *Leviticus cap. 24.* his verbis, quae
loquitur est Dominus ad servum suum Moisem: *Ho-*
mo, qui maledicerit Deo suo, portabit peccatum suum
et qui blasphemaverit, morte moriatur: lapidibus op-
primet cum omni multitudo, sive ille civis, sive pe-
pigrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini,
morte moriatur. Eadem poena statuta in eos erat le-
gibus Iustinianae: deinde vero mitius cum eis ac-
tum fuit, praesertim si non arguerentur de blasfe-
mia haereticali: quo casu competit cognitio Inqui-
storiibus fidei, *cap. 2. b. tit. can. 31. cap. 24. q. 3.*

Reges nostri accuratissimam semper admirabantur
diligentiam, ut teterima blasphemorum pestis modis
omnibus & Republica avelleretur, ut videtur est in *Nova*
Recop. lib. 8. tit. 4. De iis, qui Regis Administris
maledicunt, immemores Regiam ab eis potestatem
exer.

TITULUS XXVII. 265
exerceri, quam revereri tenemur omnes, extat Cons-
titutio edita die 18. Septembris anni 1766.

TITULUS XXVII

*De Clerico excommunicato, deposito, vel inter-
dicto ministrante.*

Si is, qui ob admissa crimina depositione, aut in-
terdicto damnatus fuit, sciens eam poenam ipsi in-
flictam fuisse, ministraverit, excommunicatione incurrit, *cap. 1. et 2. b. tit.* Quod si excommunicatus
ministrat, perpetuae depositionis poena punitur,
cap. 3. Quid verò si praedictas censuras ausu teme-
rario contempnens ulterius progediatur? Tunc coer-
ceri debet à potestate saeculari. Verum nonnullae
in his speciebus ortae sunt dubitationes; nam pri-
mò queritur an aequè comprehendant praedicta
constitutum in minoribus, qui suspensi, interdic-
ti, aut excommunicati ministrat, fiatque eo no-
mine irregularis; et quidem hoc omnino asseren-
dum videatur post Constitutionem Benedicti XIV.
quae incipit: *Inter præteritas. Dubium quoque erat*
an irregularis fieret ligatus minori excommunicatio-
ne ministrans; et hoc decisum fuit a Gregorio IX.
In *cap. 1. b. tit.* ubi ait graviter eum peccare, nullus tamen irregularitatis incurre notam. In *cap. 2.*
additur, eum quoque, qui cum Clerico praedicta
causa excommunicato communicat, excommunicationem incurrit: coeterum limitari hoc debet iuxta
Constitutionem *Ad evitandas Martini V. de qua*
erit inferioris agendi occasio, uti de censuris, et poe-
nis, quae hic commemorantur.

TITULUS XXVIII.

De Clerico non ordinato ministrante.

Qui illius ordinis ministerium ausu temerario sibi assumit, quo initatus non est, excommunicari iubetur in cap. 1. b. tit. et perpetuo ordinibus exclusi. Mitior cuiilibet videbitur poena ab Urbano III. lata in Diaconum Missam celebrantem in cap. 2. b. tit. in quo ait ad Sacerdotis officium cum non posse promoveri; a Diaconatu quoque bienio, vel triennio suspensum debere manere; quoad beneficium autem misericorditer cum eo agendum, ne sustentatione privatus, ad saeculi negotia revertatur: coeterum quoad hos, eosque, qui Sacramentum Poenitentiae administrant quin Presbiteri sint, adactae fuerunt poenae à Paulo IV. Sixto V. Clemente VIII. et Urbano VIII. et denique à Benedicto XIV. in Constitutione, quae incipit: *Sacerdos in aeternum*; ubi statuitur, ut huius criminis Rei prius degradati, si aliquo fungantur ordine, tradantur puniendi Curiae Saeculari à Sanctae Inquisitionis iudicibus. Idem S. Pontifex in Constitutione *Divinarum*, neque apertam criminis confessionem proficer voluit ad praedictarum poenarum mitigationem. Tandem confirmata haec omnia sunt à Clemente XIII. in Constitutione *Gravissimum, anni 1760.*

Animadvertisendum pro coronide est, has Constitutiones aequè comprehendere Laicos, ac Clericos, ut patebit easdem legenti, praesertim si consideret verba illa Clementis VIII.: *Et ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritu degradati, Curiae Saeculari tradantur.*

TITULUS XXIX.

De Clerico per saltum promoto.

Diximus in lib. 1. Ordines non per saltum, sed gradatim esse recipiendos, similique retulimus discipline hac in re varietates. Si contrarium ignoranter fiat, dispensare Episcopus potest cum promoto, ut ait Innocentius III. in cap. un. b. tit. unde concludunt S. Pontificis dispensatione eum indigere, qui scienter per saltum promotus fuit. Coeterum amplior facultas Episcopis inest post Concilium Trident. sess. 23. de Reform. cap. 14. in illis verbis: *Cum promotis per saltum, si non ministraverint ex legitima causa Episcopus dispensare potest.* Alind quidem placuit Sixto V. in Constitutione *Sanctum*, et salutare: verum redacta ea fuit ad terminos iuris communis à Clemente VIII.

TITULUS XXX.

De eo, qui furtive Ordinem suscepit.

Recipere quis furtive dicitur illam ordinem, ad quem neque admisssus, neque examinatus est, sed clandestine irrepit: quo casu ita suspensus manet, ut, si ante lata excommunicatio fuerit in ita ordinatos, indigeat dispensatione S. Pontificis: alias dispensare cum eo valebit Episcopus post condignam satisfactionem, cap. 1. b. tit. Verum in hac specie aliud hodie obtinere putat Giraldi ex eo, quod talis excommunicatio non sit latae, sed ferendae sententiae. Quaesitus fuit an iterum ordinandi sint qui ordinati fuere furtive, aut impedimento adstante, si Episcopus ordinans protestatus fuerit, se non habere intentionem tales ordinandi: et Sacra Congregatio

L12 tio

tio censuit, eos de novo ordinari debere occasione ordinationis ita peractae à Fratre Antonio Gonzalez Acunna, Episcopo Charchiens.

TITULUS XXXI.

De excessibus Praelatorum, et Subditorum,

Delinquunt Episcopi contra officium sibi commissum, et aequè coeteri Praelati, quoties terminos protestati sue transiliunt: hoc autem nemo non videt quamplurimis modis fieri posse. Nonnullos recenset Alexander III. in cap. 1. b. tit. veluti si Episcopi gravent Subditos indebitis exactiōibus, de quo in lib. 3. tit. 39. aut si suspendant Clericos, aut interdicto subjicant sine Capituli iudicio, quod pendet hodie à singularibus cuiusque Ecclesiae privilegiis, et consuetudinibus. Sed et referuntur in aliis capitibus variis, tum Praelatorum, tum Subditorum excessus; verum non est cur in eis immoremur, cum colligantur ex his, quae suis locis diximus de cuiusque oneribus, et iuribus.

TITULUS XXXII.

De Novi operis nunciatione.

Olim tribus modis fieri nunciatio novi operis poterat ab eo, qui damnum sibi inferri putaret; per verba scilicet, per lapilli jactum, et per Praetorem. Hodie solum ultimus observatur, et effectus est, ut quidquid post nunciationem sibi notificatum constructum fuerit censeatur attentatum, et dirū statim debeat ipsius aedificatoris expensis, sive iuste, sive iniuste aedificaret ante nunciationem; nisi nuncians consentiat, ut interim aedificetur praestiti-

TITULUS XXXII. 269

ta ab aedificatore cautione de constructo diruendo, si Iudex declarat non iure construxisse. Ne tamen grave exinde oriatur damnum, debet nuncians intra tres menses suam intentionem probare ut rescribitur in b. tit. Denique potest Iudex quandoque statuere, ut in construendo interim non cesseret, praesertim nimirum cautione, si magnum ex suspensiōne timeatur incommodum.

TITULUS XXXIII.

De Privilegiis, et excessibus privilegiatorum.

Opportunè hic agitur de privilegiis, eorumque justa interpretatione, ne si corundem tenor extendatur, delicta impunita maneat. Coeterū arrepiā occasione plura alia concessit Compilator, quae sat erit indicare. Primum quod sese offert, est antiquissima illa sanctio, qua cautum erat, ne Episcopi in parvis Oppidis, aut Castellis constituerentur, sed in frequentioribus Civitatibus; aliqui enim honor, cui excellentiora debent committi, sui numerositate vlesceret, ut traditur ex S. Leone in cap. 1.

Præscribitur in cap. 2. Laicis privilegium fori prodesse non debere, quominus ab Ecclesia coercantur, si adversus eam delinquent. Hoc autem de illa coercitione intelligendum est, quae potestati eclesiasticae congruit: præterea vero gravissime punientur ita delinquentes à Iudicibus saecularibus, poenis, quae legibus patriis statuae sunt in violatores Ecclesiarum. Sed neque Clericos defendit fori sui privilegium iuxta cap. 27. si abjecto habitu Clericalli in crimen reprehendantur, de quo latius alibi.

Deinde in cap. 3. Alexander III. plura comprehendit, ne privilegiis detrahatur, et fraus fiat iurisdictioni Episcoporum, quae declarata plenus, et aucta fuerunt in Concilio Trident. sess. 24. de Ref. cap.

270 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

cap. 11. et alii in locis. In cap. 6. et 15. sermo est de praescriptione à solutione decimaru.

In cap. 4. dicitur ex Concilio Lateran. III. eos, qui incontinentia, quae contra naturam est, et propter quam ira Dei venit in filios dissidentiae, et quinque civitates igne consumpsit, deprehensi fuerint laborare, si Clerici sint, a Clero dejiciendos, vel ad agendam poenitentiam in Monasteriis detrudendos; si vero Laici, excommunicatione plectendos. Verum apud nos gravius puniuntur pro qualitate criminis, modo poena capitii, modo mitior; nam incontinentia contra naturam non unius generis est.

Cum privilegia concedantur adversus ius communne, interpretari ea oportet iuxta eorum tenorem, cap. 7. nequit autem ita restringenda sunt, ut iniutilia reddantur. Hoe contingere iuxta cap. ult. si concessio privilegio exemptionis novalium decimaru, restringeretur primo anno, in quo strictè praedia novalia dicuntur. Coetera, quae in Titulo continentur, nullam postulant explanationem.

TITULUS XXXIV.

De Purgatione canonica.

Origo Purgationis canonicae non aliunde repetenda, quam à tenebris, quibus universam Europam subjecti incursum Barbararum Gentium: cum enim purgatio dicta vulgaris, de qua in tit. seq. ubique inducta conspiceretur, non parum consiluerunt Antistites, et Religioni, et humanitati, quando canonicae eidem substituere consequuti sunt: nam, licet verum sit et canonicae non satis convenire recte iudicarii ordinis notioni, pauciora tamen incommoda continet, quam vulgaris, aliunde vero oportebat sensim Gentes illas avertere à

re-

TITULUS XXXIV. 271

receptarum consuetudinum immanitatem. Purgatio ergo canonica, ita dicta, quod à canonibus inducta sit, tunc locum habebat dum de crimine accusatus damnari ob defectum probationum non poterat, interea vero non undeque innocens apparebat, cum inessent iudicia, et presumptiones: in eo autem consistebat, quod compelleretur suam innocentiam iurare, simulque pro personae, et causae qualitate certum adhibere numerum compurgatorum, qui aequè sub iuramento assererent se credere crimen illud ab accusato minime fuisse perpetratum: sin autem aut ipse iurare recusaret, aut compurgatores non haberet, hoc casu convictus censebatur. Verè in hac probacione Reus ipse iudex constituebatur: quid autem, si cum innocens esset, et ipse iurare paratus, compurgatores non inventret? Deinde nemmo non videt perjuriiis hac ratione viam aperiri, ut etiam quoties Reus quilibet interrogatur sub iuramento: quanvis enim sine Christiani nominis dedecore maximo asseri id nequeat, certissimum nihilominus est, religionem iuramenti apud Gentiles quidem strictissime fuisse servatam, à nobis faciliter contemni. Romani Cives fortunarum suarum rationem sub iuramento Censoribus reddebant; nusquam autem traditur quemquam vel minimam earum partem celavisse: Cato L. Scipionem ob crimen clam admissum coercere intendebat, quod tamen negabat accusatus; quando autem iuramentum ipsi à Censore delatum fuit, poemam criminis sustinere maluit, quam perjurium.. Facile esset plura illustria congerere huiuscmodi exempla; non tamen adeo frequentia apud nos forent, si absolutio à crimine perpetrato, aut tributorum solvendorum taxa, cuiusque iuratae assertione relinqueretur.

Haec eu tendunt, ut innotescat iuramentum accusatis non esse passim deferendum, cum laesi per iurio Numinis timor, qui adeo Gentiles ipsos continet.

270 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

cap. 11. et alii in locis. In cap. 6. et 15. sermo est de praescriptione à solutione decimaru.

In cap. 4. dicitur ex Concilio Lateran. III. eos, qui incontinentia, quae contra naturam est, et propter quam ira Dei venit in filios dissidentiae, et quinque civitates igne consumpsit, deprehensi fuerint laborare, si Clerici sint, a Clero dejiciendos, vel ad agendam poenitentiam in Monasteriis detrudendos; si vero Laici, excommunicatione plectendos. Verum apud nos gravius puniuntur pro qualitate criminis, modo poena capitii, modo mitior; nam incontinentia contra naturam non unius generis est.

Cum privilegia concedantur adversus ius communne, interpretari ea oportet iuxta eorum tenorem, cap. 7. nequit autem ita restringenda sunt, ut iniutilia reddantur. Hoe contingere iuxta cap. ult. si concessio privilegio exemptionis novalium decimaru, restringeretur primo anno, in quo strictè praedia novalia dicuntur. Coetera, quae in Titulo continentur, nullam postulant explanationem.

TITULUS XXXIV.

De Purgatione canonica.

Origo Purgationis canonicae non aliunde repetenda, quam à tenebris, quibus universam Europam subjecti incursum Barbararum Gentium: cum enim purgatio dicta vulgaris, de qua in tit. seq. ubique inducta conspiceretur, non parum consiluerunt Antistites, et Religioni, et humanitati, quando canonicae eidem substituere consequuti sunt: nam, licet verum sit et canonicae non satis convenire recte iudicarii ordinis notioni, pauciora tamen incommoda continet, quam vulgaris, aliunde vero oportebat sensim Gentes illas avertere à

re-

TITULUS XXXIV. 271

receptarum consuetudinum immanitatem. Purgatio ergo canonica, ita dicta, quod à canonibus inducta sit, tunc locum habebat dum de crimine accusatus damnari ob defectum probationum non poterat, interea vero non undeque innocens apparebat, cum inessent iudicia, et presumptiones: in eo autem consistebat, quod compelleretur suam innocentiam iurare, simulque pro personae, et causae qualitate certum adhibere numerum compurgatorum, qui aequè sub iuramento assererent se credere crimen illud ab accusato minime fuisse perpetratum: sin autem aut ipse iurare recusaret, aut compurgatores non haberet, hoc casu convictus censebatur. Verè in hac probacione Reus ipse iudex constituebatur: quid autem, si cum innocens esset, et ipse iurare paratus, compurgatores non inveniret? Deinde nemmo non videt perjuriiis hac ratione viam aperiri, ut etiam quoties Reus quilibet interrogatur sub iuramento: quanvis enim sine Christiani nominis dedecore maximo asseri id nequeat, certissimum nihilominus est, religionem iuramenti apud Gentiles quidem strictissime fuisse servatam, à nobis faciliter contemni. Romani Cives fortunarum suarum rationem sub iuramento Censoribus reddebant; nusquam autem traditur quemquam vel minimam earum partem celavisse: Cato L. Scipionem ob crimen clam admissum coercere intendebat, quod tamen negabat accusatus; quando autem iuramentum ipsi à Censore delatum fuit, poemam criminis sustinere maluit, quam perjurium.. Facile esset plura illustria congerere huiuscmodi exempla; non tamen adeo frequentia apud nos forent, si absolutio à crimine perpetrato, aut tributorum solvendorum taxa, cuiusque iuratae assertione relinqueretur.

Haec eu tendunt, ut innotescat iuramentum accusatis non esse passim deferendum, cum laesi per iurio Numinis timor, qui adeo Gentiles ipsos continet.

nebat, vix iam apud nos appareat; praesertim cum certum sit, deficiente probatione Reum esse absolvendum, ad idque prioniores debere esse iudices, quam ad damnandum.

TITULUS XXXV.

De Purgatione vulgari.

Hic Titulus commodius anteriori fuisset adjunctus, aut saitem praecedere debuit, ut temporis ratio haberetur; nam nemo nescit Purgationem vulgarem canonica antiquorem esse.

Conformis ea erat moribus Barbararum Gentium, quae censebant cuncta armorum eventui debere committi. Quoties ergo de crimine accusatio contingebat, ille innocens habebatur, qui in duello vinceret, et hoc vocabatur Purgatio; itaque in viribus, aut fortuna, non in innocentia sita erat absoluto a poena, quod nemini non videbitur absurdum. Sed et aliud non minus monstruosum adiungebatur, quod numirum omnes intra certum gradum consanguinitati ad cognati innocentiam purgandam pugnare tenerentur in duello sub certis poenis.

Inductae deinde fuerunt aliae purgationis vulgaris species, nempe per ferrum candens, aquam fervidam, aut frigidam, aliasque huiuscmodi probationes; quae, licet minus immanes forent, aboleri tamen omnino debuerunt, cum aequè incertissimae essent, et per eas Deus tentaretur.

TITULUS XXXVI.

De Iniuriis, et damno dato.

Refert Compilator in quinque prioribus capitibus poenas in Exodo adversus eos stabilitas, qui damno, aut culpabilis negligentia damnum inferunt. Deinde vero assumit a Poenitentiali Romano poenas in domum, aut agrorum cum messibus incendiarios, qui plectuntur capite apud nos. Illud animadvertisendum, *caput 7.* nullam apud nos vim habere: cum enim Viri Ecclesiastici Civium numero censemur, et in exilium ob patrata crimina mitti poterunt a iudicibus Saecularibus: si autem isti excesserint, adest Superior legitimus, a quo coercantur.

In cap. ult. comprehendit Sum. Pontifex Gregorius IX. regulas quae traduntur dum queritur de damno dato, ait enim, quod si culpa tua datum est damnum, vel iniuria irrogata, seu alii irrogatis opena forte tulisti, aut haec imperitia tua, si ve negligenti evenerunt, iure super haec satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel jacturam. Quod si animalia tua occuisse proponas, nihilominus ad satisfactionem teneris, nisi ea dando passis damnum velis liberare te ipsum; quod tamen ad liberationem non proficit, si fera animalia, vel quae consueverunt nocere fuissent, et quam debueras non curasti diligentiam adhibere. Sanè, licet qui occasionem damni dat damnum videatur deditus, secus est tamen in illo dicendum, qui, ut non accideret, de continentibus nihil omisit.

TITULUS XXXVII

De Poenis.

Quicunque diversos coercionis ecclesiasticae gradus consideret, formamque, quae in eisdem ab Ecclesia servatur, agnoscet inversum hic à Compilatore ordinem; nam regulariter Ecclesia prius utitur poenitentia, et censuris, deinde vero devent ad poenarum impositionem, ita exigente Rei contumacia. Coeterum fatendum est, diversas hanc species coercionis, vel potius, gradus, saepè sub generali poenae nomine comprehendendi: imo et ipsa vocabula inversa frequentissime in canonibus reperiri, notarunt qui unicuique speciei diuidicandae navarunt operam: unde materiam hanc gravissimis difficultatibus esse implicatam agnoscunt omnes. Ego eas proponam regulas, quae Tyronum captiuum magis convenientia, quaeque simul præcipue conducere videbuntur ad materiae subjectae intelligentiam.

Et quidem praemittendum in primis duco, undecim, aut duodecim prioribus Ecclesiae saeculis imponi ab Ecclesia sane consueisse easdem poena, quae hodie usitantur, iuxta concessam sibi à Deo protestatem, coeterum id fuisse factum habito respectu ad forum internum, seu poenitentiale: unde quoties multa pecuniaria, detrusione in Monasterium, alisque similibus coercionibus, Ecclesia in criminosos utebatur. Poenitentiae potius naturam illae habebant, quam poenae: quando autem in foro externo, servatoque iudicario ordine per sententiam infligi coeperunt, aliam indure formam debuerunt. Hinc non immerito poenae nomine intelligimus quamlibet coercionem, licet ea puniti tales non sint, ut nulla amplius remaneat spes de eorundem conversione.

Id

TITULUS XXXVII.

275

Id adnotare volui, ne Tyrone, dum ex una parte audiunt, Ecclesiam poenis illos solùm coercere, qui nullam probabilem relinquunt suas conversionis spem, coeteros autem, licet contumaces se exhibeant, primò censuris terrene, antequam ad poenarum impositionem deveniant, in eos verò, qui contumaces non sunt, poenitentia uti, dumque ex alia inventi quoiescunque crima in iudicium deducuntur, poenas in Reos convictos imponi, in errorem labantur.

Attentā igitur hodierna criminosos coercendi ratione, de qua superius, non adeo necessum est immorari in investigando, quaenam sit censura, quaenam poena, aut poenitentia natura, in quibus illae convenient, vicissimque differant inter se: cumque plures iam adnotare debuerint, quaenam observanda sint in Reorum coercione à Iudicibus praesertim Ecclesiasticis, deveniam ad capitum, que in Titulo continentur, explanationem, simulque se offeret occasio nonnulla, quae materiam in genere respiciunt, animadverteundi.

Monet Giraldi apud Germanos ante saeculum IX, illud in usu fuisse, ut homicidis non poena capitii, sed multa pecuniaria imponeretur, haeredi occisi persolvenda: hoc autem supposito planius est intellectus *capitis 2. b. tit.* in quo statuitur Presbiteri occisi compositionem ad Episcopum pertinere, cui iniungitur, ut medietatem praetti Ecclesie, cui Presbiter praefuit, tribuat, reliquum in eleemosinas disperdat. Verum appareat, nullibi hodie locum esse huic decisioni, cum homicidae iuxta criminis qualitatem à Iudicibus Sacerularibus puniantur, praecente, si Clerici in sacris constituti sint, degradatione.

Multa pecuniariae etiam antiquitus in usu fuerit in Ecclesia ad coercendos nonnullos leviiorum criminum Reos: coeterum tunc per modum poenitentiae, et eleemosinae, imponebantur. Imputata de cri-

Mm 2

cri-

276 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

criminibus cognoscendi ratione , per modum poenitentia infligi cooperant ; unde si earum mentio in cap. 3. verum recte monet Alexander III. non nisi maturitate , et modestia , ad eas recurtere debere iudices Ecclesiasticos ; licet enim iuxta Apostolum arguere , obsecrare , et increpare student , ita tamen debent excessus corriger , ut probentur non quae sua sunt querere , sed quae Iesu Christi. Hinc est , quod in Concilio Tridentino cautum fuerit , ut multae pecuniariae Fabricae Ecclesiae , aut aliis pliis locis arbitrio Episcopi assignentur , quin sibi eas applicare iudicibus licet , sess. 25. de Ref. cap. 3. et 14.

Caput ult. in quo sermo est de vassallis ab iuramento fidelitatis ob Dominum contumaciam absolvendis , ex illis est , quae convenient quidem recipiunt tempore Decretalium opinionibus , hodie vero nullam obtinent firmatatem.

De poena conventionali , de qua agitur in cap. 7. et 9. nihil necessum est adnotare.

TITULUS XXXVIII.

De Poenitentiis , et remissionibus.

Poenitentiae nomen varias habet significaciones ; nam pro subjecta materia nunc cordis compunctionem , et de admisso peccato internam poenitentiam denotat , nunc Sacramentum novae legis eo nomine nuncupatum , nunc eam Sacramenti ipsius partem , quae consistit in satisfactione. Deinde aut voluntaria est , quam privata quis , et voluntariè sibi imponit ad demerendam à Deo admissorum veniam , vel in gratia perseverantium , aut non voluntaria , quae à Ministris Ecclesiae imponitur. Haec cursus duplex est , aut enim publica est , et ad iurisdictionem in foro externo spectat , aut oculta , et privata , cuius impositio ad illos pertinet , qui ini-

ris-
100 600

TITULUS XXXVIII. 277

risdictionem in foro interno , et poenitentiali , exercent.

De hac ultima specie agitur praecepü in hoc Titulo , ad cuius explanationem primo notandum est , medie Ecclesiae temporibus compositos à plurimis Antistitibus fuisse libros appellatos Poenitentiales , in quibus singulis peccatis certae praefatae erant poenitentiae : cum autem non semper aequaliter videbentur dispositas , et plurimis erroribus corrupti libri ipsi apparerent , in usu esse desit eorum observantia , rursusque arbitrio prudentis cuiuscum Confessarii relictum est congruas pro peccatorum , poenitentiale qualitatibus poenitentias definire , cap. 8. b. tit.

Hoc prae oculis habendum est quoties in canonicis certas pro unoquoque peccato poenitentiae mentio occurrit , ut in 2. b. tit.

Poenitentias publicas in usu esse desissem notum omnibus est : an vero etiam hodie imponi in certis adjunctis debeant queratur. Sanè in capite 1. b. tit. asseritur , manifesta peccata non esse occulta correctione purganda ; cum tamen haec sententia de prompta sit ex D. Gregorio M. parum prodesse potest ad hodiernam disciplinam inquirendam. Dubitare de ea non sinunt verba Tridentinae Sinodi in sess. 24. de Ref. cap. 8. ubi ita sese explicit Patres : Apostolus monet publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publica , et in multorum conspectu crimen commissum fuerit , unde alios scandalo offensas , commotusque fuisse non sit dubitandum ; bui condignam pro modo culpe poenitentiam publice iniungi oportet , ut quos exemplo suo ad malos mores provocavit , suae emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Episcopus tamen publicas hoc poenitentiae genus in aliud secretum poterit commutare , quando ita magis iudicaverit expedire. Coeterum haec poenitentiae publice

278 EXPLANATIO IUR. DECRETAL.

blicae imposito requirit iurisdictionem in foro exter-
no, quia sufficiat illa, quae in poenitentialiter exercetur.

In cap 12. recensetur Constitutio Concilii Late-
ranensis sub Innocentio III. in qua eantum suif,
ut omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad an-
nos discretionis pervenerit, omnia sua peccata con-
fiteatur fideliter saltem semel in anno proprio Sacer-
doti, et inunctam sibi poenitentiam propriis viri-
bus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad mun-
us in Pascha Eucharistiae Sacramentum; nisi fort-
e de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam ratio-
nabilem causam ad tempus ab hismodi perceptione
abstinendum putaverit; alioquin et vivens
prohibitione ab ingressu Ecclesiae, et moriens sepulta-
turae ecclesiasticae prohibitione puniri iubetur. Dein-
de adiungitur quod, si quis alieno Sacerdoti vol-
uerit iusta de causa sua confiteri peccata, licen-
tiam prius postulet, et obtineat a proprio Sacer-
dote, cum aliter ipse illum non possit absolvere,
vel ligare.

Pro Sacerdote proprio hic Parochum cuiusque
proprium intelligi nemo profecto ibit inficias: coe-
terum posterioribus Constitutionibus, et Ecclesiae
praxi, partim immutata, partim ad certam formam
redacta fuit haec sanctio Lateranensis: primo enim,
licet in praedicto Concilio praefitorum non fuerit
certum anni tempus, intra quod adimplendum sit
illud praeceptum, in universa tamen Ecclesia mos
invaluit, ut tempore Quadragesimae ei satisfiat,
eunque Sancta Sinodus Tridentina in sess. 14. de
Poenitentia cap. 5. amplectitur, et maximè probat,
tanquam pium, ei merito retinendum: deinde ex
Constitutionibus Clementis V. et Ioannis XXII.
adimplebit praeceptum qui ali Confessario approba-
to sive sacculari, sive regulari confiteatur etiam
absque licentia Parochi, dummodo temen Eucharis-
tiam in propria Parochia suscipiat. Tempus Pas-
cha-

TITULUS XX XVIII. 279

chale quoad hunc effectum intelligitur à Domini-
ca Palmarum usque ad Dominicam in Albis ex Con-
stitutione Eugeni IV. quae incipit *Fide digna.*

Dubitatum fuit an licet praedictis diebus sa-
cram Eucharistiam administrare in Ecclesiis Regula-
riam: et quidem affirmativè sacra Congregatio plu-
ries respondit, excepto die Paschatis; in hoc enim
ministrari communio personis saecularibus non po-
test in praedictis Ecclesiis, etiam si iam ante in
propria Parochia annuae communionis praeceptum
impieverint, de quo vide Benedictum XIV. de Si-
node Diocesana lib. 9. cap. 16, n. 3.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis.

Non eodem sensu excommunicatio hodiè acci-
pitur, quem olim praeseferebat; nam receptum
apud omnes est, antiquitus omnes censuras, etiam
minores, eo nomine venisse. Hoc ut plenus per-
cipiatur, non incongruum erit censure significatio-
nem praemittere.

Nomen à Romaniae Reipublicae moribus fuisse
desumptum palam omnibus est, in qua, licet bon
in eum finem inventum primò fuisset hoc munus,
eo devenit Censorum auctoritas, ut quenlibet Ci-
vem, aut à Senatorum albo, aut ab Equitum oume-
ro amovere ipsis liceret: unde illa Ecclesiastica poe-
na, per quam usu quorundam bonorum spiritualium
quis privator, appellata fuit censura.

Van Espenius in *Part. 3. tit. 11. cap. 2.* probat
ex Morino primis duodecim saeculis ignotum fuisse
hodiernam de censuris loquendi modum; verum
fatur et ipse, hodiè tres eiusdem species agnoscere,
excommunicationem, suspensionem, et interdictum

Quod attinet ad excommunicationem, notare
etiam

etiam cum eodem Auctore iuvat, occurrere in pris-
cis canonibus exempla excommunicationis, quae ab
hodierna huius nominis censura longè differebat,
quaesce proinde confundenda cum ea non est, velu-
ti cum aliquis Episcopus à communione cum reli-
quis Ecclesiae arcebatur; tunc enim neque activa,
neque passiva Sacramentorum administratione in
sua Ecclesia privabatur, sine qua tamen consistere
nequit censura excommunicationis, prout hodiè
accipitur.

Distinguitur ea vulgo in minorem, et minorem.
Dicitur minor, quae privat tantum communione pas-
siva Sacramentorum, et electione passiva ad Digni-
tates et Beneficia, licet indirecta tantum, quatenus
nempe irritanda venit talis electio. Excommuni-
catione, quae appellatur maior, privat omnibus Chris-
tianae communionis iuribus; nam eā gravissimā cen-
sorū notatus habendus est tanquam Etnicus, et Pu-
blicanus. Cum tamen legamus, prohiberi communio-
nem cum excommunicatis in nonnullis rebus, in qui-
bus communicare libere cum Etnicis possumus, ne
iād errandi occasio oratur, animadvertere debe-
mus cum Van-Espenio, ex illis Christi D. verbis: *Sz Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Etnicus et Publicanus: tantum prohiberi communionem cum excommunicato in his, quae ad fideles solum spectant, seu, ut vulgo dicitur, in divinis; Ecclesiam vero ab ipsis Apostolorum temporibus pracepsisse, ut eorum communionem fugiamus etiam in negotiis civilibus, quae tamē minime interdicta est cum Etnicis, ne scilicet illorum vitiis fideles inquinari contingat: unde statutum ab Ecclesia est, ut communicantes cum excommunicato incurvant excommunicationem minorem dummodo non communicaverit in divinis, aut in crimen; nam in hoc easu inodatur eadem maiori excommunicatione. Id vulgo explicatur sequenti versu-*

Os, orare, vale, communio, mensa negatur,

id

id est conversatio verbo, vel scripto, cohabitatio,
societas, convivia, salutatio, item oratio. Hoc autem
non ita intelligendum est quasi non licet ora-
re pro excommunicatis; quidni enim poterimus pre-
ces fundere, ut resplicant, et à vitiorum semitis ad
viam salutis revertantur, sicuti oramus pro Etni-
cis, Haereticis, et Schismaticis? Hoc equidem et
licet, et acceptissimum Deo est; prohibemur vero
pro eis orare ea ratione, quae tantum fidelibus in
Ecclesia consistentibus convenit: unde moris fuit no-
mina excommunicatorum è Dipticis Ecclesiae erade-
re, neque licebat, aut licet hodiè eorum nomina
inter publicas preces recitare.

Sunt nihilominus, quibus communicatio cum ex-
communicatis permititur in negotiis civilibus; nam
primo excusant uxor, liberi, famuli, aliique, qui-
bus necessum sit communicare: excommunicati
ignorantes; qui actionem civilem, aut criminalem
in excommunicatum habent; item qui com-
eo de iis, quae ad absolutionem, et animae salu-
tem, pertinent, communicant; quod significatur
sequentius versiculo.

Utile, lex, bumble, res ignorata, necesse.
Et haec quidem ante Martinum V. de quibuscumque
excommunicatione maiore ligatis tradebantur; post
eum vero tantum locum habent in publico denun-
ciatis, et publicis Clericorum percussoribus, ita ut
factum nulla possit tergiversatione celari: hodiè ergo,
licet quis excommunicatus sciatur publice, dum-
modo publicè denunciatus non sit, ut talis, donum est
vitandus; neque Clerici privilegio Canonis gauden-
tis percussor, si factum ita notum non sit, ut nula
la possit ratione celari. Notandum hic est, plura
in hoc titulo extare capita, in quibus percussori-
bus Clericorum necessitas Romam adeundi iniungit-
ur, si percussio gravis fuerit: verum sciendum est
id hodiè non obtinere; nam si percussio occulta fue-
rit,

Tom. II.

Nn

rit, inest Episcopo potestas absolvendi ex Concilio Trident. in sess. 24, de Ref. cap. 6. si vero publica, sufficit per litteras, aut Procuratorem, absolutionem petere, quin cogatur percussor Romanam personalem accedere.

Dividitur etiam excommunicatio in eam, quae latae sententiae dicitur, et illam, quae ferenda. Prima est, quae incurrit per solam legis transgressionem nulla monitione praecedente; quae cum multo gravior sit ea, quae post factum sententiam Iudicis requirit, inficta nusquam censetur, nisi apertissimum pateat.

Van-Espenius Part. 3. tit. 11. cap. 6. n. 19. asserit per decēm priora saecula ignotam fuisse excommunicationem latae sententiae: verum Benedictus XIV. pluribus ostendit cum errasse, de Sinodo Dioecesana, lib. 10. cap. 1.

Cum excommunicatio, praesertim verò latae sententiae, gravissima poena sit, ipsa res docet sat, eam non esse facilè infligendam: qui pro solis incommodis temporalibus evitantis, aiebat Ger-
son, aut commodis politicis conservandis, aeter-
nam vult infligere mortem, cui quoeso similis erit? illi
nimur, qui volens abigerre muscam à fratre vici-
ni, eam securi persecutus, vicinum stolidus excere-
bravit; aut ei parentem dixerim, qui studens curatio-
nem modici vulneris in pede equi sui, pedem con-
festim abruptit, et scidit, equumque peremit. Cum
rationis, et aequitatis principia suadeant, aut doctissimus Benedictus XIV. poenam esse commensurandam culpare, et pro culpare modo impoundam, con-
sequens inde est, non nisi propter graviorem cul-
pam esse excommunicationem ferendam. Sanè non
ad eo faciles nouissimi Iudices Ecclesiastici forent in ex-
communicatione ferenda, si attente considerarent,
praeter iniustitiam, quae committitur quoties levi-
ta, aut saltem non adeo gravia crimina, poena gra-

vis-

vissimā multantur, ab eis, qui proni ad ferendas censuras sunt, gravissimum infligi vulnus ecclesiasti-
cae disciplinae eā ipsā ratione, qua ipsam sustine-
re comantur: uti enim prudentissime aiebant Patres Tridentini, experientia docet, contemni magis, quam
formidari, excommunicationem, si temere, aut le-
vibus ex rebus, incutiat, et perniciem potius pa-
rere, quam salutem. Neque tamen Iudicium Ecclesiastico-
rum facilitati tribuendum praecipue censeo, quod levibus ex causis videamus excommunicationem sac-
pissimè ferri; nam, si verum amamus, fatebimur
profectō, vix alia ipsis superesse media ad iurisdictionem cum effectu, sive in litum, quae ad forum
suum pertinent, prosequione, sive extra eam, ad-
ministrandam: quapropter optandum foret, quod incommodis, quae exinde oriuntur, prudens al-
quia adhiberetur medella.

Interdictum censura est, qua aliquo in loco, vel
aliquibus personis, aut communitate, prohibetur usus,
et administratio quarundam divinarum rerum.

Ex definitione patet, interdictum esse triplex,
personale, locale, aut mixtum. Deinde, aut partici-
le est, aut totale. Locale afficit locum, non perso-
nas; unde licebit his alio loco divina celebrare:
è contra accedit in personali, quod personas afficit
ubicunque degant. Quaenam licet, aut non, tem-
pore interdicti, exprimitur in plurimis recentioribus
Constitutionibus, quas longum foret referre.

Suspensio appellatur censura, qua Clerico, vel
Monacho, aut etiam Clericorum, vel Monachorum
Collegio interdicuntur, ne ordine suo, officiove fungar-
tur, neve fructus beneficii percipiatur, iure beneficii,
officiove retento. Hinc patet suspensionem esse cen-
suram Clericis propriam. Dividitur, uti excommuni-
catio, in eam, quae latae, et quae ferenda senten-
tias est. Ista proferri scriptis debet, et expressa
causa.

*hodie ob mu
cem, vel orior
Cedur non fel
mina eco-
communione.*

TITULUS XL.

De verborum significacione.

Hic Titulus nullam exposcit explanationem, cum respiciat significacionem nonnullarum vocum, quarum in universo opere invenimus; doctrina vero, quae in capitulis in eo insertis continetur, exposita fuit suis locis.

TITULUS XL.

De Regulis Iuris.

Postremo loco inseruit S. Raimundus breves quasdam sententias sub Titulo de Regulis Iuris, nam ut ait Iurisconsultus in leg. 1. eod. tit. Digestor. regula est, quae rem, quae est, breviter enarrat; non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure, quod est, regula fiat.

FINIS.

O. S. C. S. M. E. A. R.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 63, lin. 2, ad, lege an.

Pag. 98, lin. 26, praedilium, lege praedialium.

Pag. 132, lin. 3, iactae, lege factae.

Pag. 191, lin. 31, logum, lege longum.

Pag. 196, lin. 15, ut effectibus, lege et effectibus.

Pag. 197, lin. 11, Saecularis, lege Saccularibus.

De Mariannorum obediencia per explicationem
relig. apres. prima decretal. p. 106.

Symonis apollonio Tridentini d. cap. 2. de preib.
qui sine baptismo poterant esse
clausi, quem asserit ab originali per
receptaculum excesso in pietate, et
etiam p. 192. secundum decretum
non esse gratiarum vocem, baptizatum esse per
baptismum aliorum sacramentorum.

Auctoratio ipsius latimeri sententia reprobatio
cont. Thom. de Sancto. p. 176.

Iusti iudicandum. Ne te sententia Alexanderis
avocantis nomine Jurantium servandum esse
quodcumque suspicio salutis suae tenetur conservari potest.
p. 178.

Cognitio cognitis oportet consiliis, qui bis
matronum contumaciam videntur consone
potuisse ad judicis decimatione declarandum fecisse
ann. 1770... p. 178.

Ex matrimonio rato si consumato, si declar
ator in via libidinum, quicunque escapit id sit, ma
trem minus proceditur, nisi sponte libidini
si consentaneo adfuit. p. 209 et seqq. Bonif. 8.

Dixerunt non incurvare eum, pugnam iusti-
tulamque quod amplexus erat quis faciens
eum errabat in eterno mundo ob quod pugna-
bant angeli in terra. Ne modo expresse po-
natur se in ostendere in mundum dicitur
quod est pars 24%.

Item de missione dei angelorum vestrum ad Iesum
in Iudea contulit in operum vestrum annis 229

de scripto de Daniel p. 250.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



UAN

DAD AUTÓNOMA DE NUEV
OCIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC